

~~20-12-26 12-12~~

Caja  
B-103



1 hoj. + 408 pag. + 1 hoj. port. + 4 hoj. config<sup>1</sup>

9-May-1912

Philosophus Scotice, —  
Recentiorum placitis —  
accomodatae. Pars III. Physicā

tam  
Generalem, quam Particularēm  
Complectens.

Dictari' incepta —  
in hoc Sancti' Iosef' Accitano  
Lyceo, Die XVI. Mensis Martij:  
Anni' Dñi:

M. D. CC. LXXXVII. —



—  
—  
—  
—  
**III**

—  
—  
—  
—  
—  
—  
—  
—


—  
—  
—  
—

—  
—  
—  
—  
—

—  
—  
—  
—  
—  
—  
—  
—

—  
—  
—

**IV**



P/99  
~ PHISICAE ~  
P/9  
~ PHYSIUM. ~



Hujus scientia nobilitas, ejusque utilitas non est rati commendatione digesta quovis elogio, quavisque explicatione toti Anthony qui in ejus laudem voces solvunt. Omnes unanimiter sentiunt esse nobiliorum utiliorum Philosophorum positionem; ut in Philosophis praemio S. IV. indicavi: ubi ejus utilitatem, et necessitatem hic significando, promovi. Quare cum communis omnibus sensu necessariae valde judico Theologo Jurisperito, Medico, Oratori, et omnibus in Artium exercitiis versantibus; nam pluiae cognitione rebus naturalibus egerent applicando activa passiva, ut veritatem aequantur. H. mut. Feyjoo in suo Theatro Critico tom. 8. Disc. XI. reviewet probat necessitatem Phisicæ ad Theologiam Moralem, ad Medicinam, et ad Sacras Contionis mures recte fungendum.

Sed non minus ut necessariam habet Doctis. Piquer in suo 1<sup>o</sup> tom. Phisicæ tractatu 1<sup>o</sup> praemiali, cap. 2<sup>o</sup> ubi inter alia, que ibi refutat, inquit: Quomodo poterit Theologus distinguere vera miracula a falsis, et apparentibus, nisi agnoscat quid vix natura attingere queunt? Si ignorat effectus admirabiles, quos Necessitas, ignis, et alii causæ invisibilis producere possunt, poterit discernere opera superstitionis a naturalibus? Quomodo incantationes, et opera Diabolica ab actionibus naturæ, si notitia mirabilis arietatis, et coniunctionis omnis corporum naturalium caret? Certe si Phisica negat agnoscere Enneagumenorum, et Possessorum actiones, negat enim penetrare structuram corporis humani, dependentiam que usus Elementis habet, leges motus, quibus subjacet motus cordis, sanguinis circulum, et respirationem. Et denique necessaria valde videtur Theologo Dogmatico ut possit opponi opinioribus Phisicæ, quotidie contra Tidæ dogmata inservientibus, factoriisq. Phisicæ cui Phisica principijs Dei Ecclesiæ invenerintur. Quot vero necessaria apparet in Iure, Medicina, et Agricultura veratis, et occupatis videatur ipse Piquer cap. citato.

Hec scientia naturalis, seu Phisica, que Physiologia appellatur etiam solet, spectato vocabuli sonitu, est natura inquisitio, seu disputatio de rerum naturis; nos autem introducit, ut ejus objectum, tantum explorare naturas corporum, et eorum, que ad corpora pertinent. Phisica duplex est potest, 1. experimentalis, 1. theoreca. Experimentalis dicitur, que tota occupatur in demonstratione existentijs effectuum, et proprietatum corporum ob experimenta, et observationum. Theoreca vero, que probata jam effectum, et proprietatum existentia per Phisicam experimentalem hoxum effectus et proprietatum naturam leges, et causas ratiocinando demonstrat. Seu ut inquit Claz. Jacquierus: Phisica experimentalis, et Phisica factorum. Theoreticaq. factorum explicatio. Sed utramq. mixtam opponens, Phisica in genere definitio est: Scientia, que corporis ejusq. effectus, et proprietatis supposita investigata est; conum naturam leges, et causas aperiens nititur.

existentijs

Dico supposita corporis existentia: nam Phisici corporis existentiam non demonstrant, sed eam supponunt ex sensuum testimoniis; nisi sint illi Idealists, qui nihil sensibus tribuentes, nullamq. phisicæ et ratione Metaphysicæ constitutis agnoscentes, corpora existere negant. Quae à Phisicorum numero excluduntur. Quoniam vero præter generis corporis no-

tionem, generales, proprietates, que omnibus corporibus convenient; peculiares  
quod habentur diversorum corporum diversae affectiones. Phisicæ in Generalem, et  
particulararem solent dividere Philosofi. Quem modum amplectens, preceptum  
Provincie obediens, duas hanc partes Phisicæ in duos libros distribuam. In V. Gene-  
ralem Phisicæ. In II. autem Particulararem explanabo.

## Phisice Liber I.

### Phisicam Generalem continens.

Inter generales corporis proprietates, quæ primæ sunt, et quædam secundariæ,  
et quæda vixum nomine appellantur. Primæ sunt generalissime, omnibusq; corpo-  
ribus communi. Quælibet ad corporis essentiam pertinent, i.e. illius essentia necessaria di-  
manant; ut sunt extensio, impermeabilitas, divisibilitas, mobiletas, possibilitas, quietus, et  
figuras capacitas. Secundariæ vero sunt minùs universales, et in omnibus corporibus conveni-  
unt; ut scilicet omnes sensibiles qualitates, nempe: lux, colores, sapores, odores, soni, calor, frigus,  
consistens, fluiditas, dureties, mollescens. Vix corporis sunt quædam eorum inclinations  
ad motum in re, i.e. in aliis producendum; i.e. conatus ad quietem, aut motum in se ipsum re-  
vandum; quare plures nunc habentur, nempe: vis gravitatis, vis attractionis, vis repulsi-  
onis, vis elasticæ, et vis inextinguenda, seu vis permanendi in eo statu motu, aut quiete, in quo  
corpus remanserit. De his penè omnibus, ut ad Phisicam generalem spectantibus agen-  
dum est. in hoc libro.

Sed quia ut sed vulpare Aristoteles adagium: ignoratio motu necesse est ignorare naturam. Et ut inquit Doct. Subt. in lib. 3. Phisicorum, q. 1.; Ad cognoscendæ natu-  
rum oportet præcognoscere motum esse, atque ad cognoscendum conditiones, et proprietates,,  
speciales naturæ, oportet præcognoscere conditiones, et proprietates motus; in tuis tracta-  
tibus hunc librum dividant. 1. ex de corporis essentia, quæ primæ sunt  
attributis. 2. de secundariis corporis affectionibus. De corporum, autem viribus expa-  
cionem & rēmūl. prout occasio fuerit.

## Tractatus I.

### De corporum motu.

Motus de quo hic agitur, ut dictum est. in lib. 2. Ont. q. 3. est successiva loci mutatio. Ad  
claram autem distinctionem notionem motus habendam, clari, et distincte corporis debet  
quid sit locus. Quare 1. pars erit de corporis loco. 2. de motu locali in genere; ac tandem  
de variis motu speciebus.

### Disputatio I

#### De corporum loco.

Corporis locum plures esse ajunt spatium ab ipso occupatum. Ideo plures inves-  
tiganda est spatii natura, et existentia, quam locus corporum determinatur.

#### Pugatio I

An intra Mundi hujus ambitum possibile sit spatium aliud va-  
cuum.

1. Si quis spatium audiret contacterit illi occurrit notio nescio hujus intercalari, aut extensi-  
confusa tamen, et obscura. Sed ut res clari apparet, spatium in genere est extensio  
possibilis, planè indistinctus ad actualem extensionem, i.e. eius negationem. Quod duplex est. spa-  
tium plenum, & vacuum. Plenum est. q. à substantia extensa repletus. Vacuum vero  
illud in quo substantia extensa non est. est. potest. Quare spatius vacuus licet sit privatus  
extensionis actualis est nihilominus actualis, possibilis extensionis, ut ait Doct. q. 11.  
q. 9. Spatius alterius est mundanus, aequalius, separatus. Mundanus est. illud universum  
spatium, q. ab hac tota Mundi machina occupatum. Separatus autem. illud totus, q.  
infinite protinus extra Mundum est. concipiatur. Ideo extramundanus quod. dicitur,  
et à nonnullis imaginari. Spatius separatus est. totum vacuus. Mundanus vero i.e. totus  
i.e. sicut in parte plenus est.

2. Spatium vacuus; i.e. coacervatus, i.e. disseminatus. Coacervatus dicitur, quia est. quæ  
plures vacuolos aequaliter occupavit. Hoc est. si fuerit simul, et conjunctus spatius notable om-

3

nino vacuum. Disseminatus vero si fuerint plura spatia vacua inter plenum  
dispessa. Quidam vacuus coacevatur, et separatum prouincie accipiuntur in re su-  
ficienzi ratione: nam coacevatur intra mundi fines haberi potest; sed separatum  
in rei extra mundi. Ceterè spatium separatur, qd sit vacuum longè notabile, immo  
infinitum, coacevatur aliqua ratione dici etiam potest, sed non vice versa. Spa-  
tium plenum existere in universa machina mundi nullus dubitare potest. Nam  
pater quam S. August. Ilud agerit in Epist. 57 ad Dardanum, si ipsa experien-  
tia convincit esse corpora, spatium quoque reale debet, in quo illa sint. Unde  
tota lis est de spatio vacuo. Ad cuius resolutionem sit:

### Conclusio I.

Intra hujus mundi ambitum, possibile est spatium notabile va-  
cuum, qd coacevatum appellatur.

Hec assertio est contra Aristotelicos, et Cartesianos, qui fortiter sustinent, spatius  
omniè vacuum haberi non posset: adeo ut si Deus aliqua corpora anihilaret intra  
hujus mundi machinam, statim reliqua illis contingua invicem concurrexerent ad re-  
plendus spatium, in quo illa erant.

3. Prob. ex Doct. in lib. 3. Physic. q. 12. ubi ita se explicat: "Vacuum est. non in-  
plerat contradictionem, quia de facto Deus potest facere vacuum; ita ut possit ani-  
mata natura dñi huius domus, alijs corporibus non mutari." Arguit iterum: "posito  
qd vacuum esset, corpora circumstantia, non dilatazera se, nec concurrexerent subito  
ad replendum vacuum; quia si ita esset, sequeretur, qd Coelum non esset rare-  
factum in infinitum: quia extra Coelum non est aliquid corpus, cui conjunga-  
tur Coelum; igitur de facto Coelum rarefactum per totus spatius, in quo extas  
permanentia, quam conjugitur cum alio corpore. Ita si esset vacuum, non esset  
necessare corpora circumstantia concurrexerent ad replendus vacuum; quia multa sunt tan-  
ta, que per rarefactionem, et dilatationem tendunt ad non esse: ut patet de  
corporibus, que sibi determinant centrum gravitatis. Ideo si plus ap-  
petat permanere, quod sic rarefactum propter replete vacuum, sequitur, qd non  
rarefactum. Merito tamen excipit corpora fluida, licet: "Verum est tamen, qd  
aliqua sunt flexibili nature, ut aer, et aqua, que rarefierent usq; ad centrum,  
gravitatem; tandem qd hoc habet: "Ponunt anhilari clementia, et nihil  
innovari circa esse Coeli. Hoc posito latere Coeli non concurrexerent saltem in  
instanti; quia natura non potest facere saltem transmutationem in instanti.  
Remanente igitur poset superficie concava Coeli, et tamen non continens aliquod,  
corpus."

Ex quibus verbis, que omnes contradictiones rationes refutant, sequitur  
juxta Doct. qd posito notabili vacuo, circumstantia corpora non concurrexerent su-  
bito ad illud replendum, et adhuc magis curarent suum statum naturalem  
conservare, quam vacuum replete. Ideoq; pro aliquanto saltem tempore na-  
tura intra ruita notabile vacuum permisit, ac permisere potest.

### Conclusio II.

Extra mundi fines est spatium vacuus, quod separatum  
dicunt, illudque in immensum extenditur.

Hec Conclusio etiam est contra Aristotelicos, et Cartesianos. Ita ut  
Cartesius ne cogeneretur admittere spatius vacuum extra mundi. Fons  
Comentum est, mundum esse undique infinite extensem.



4. Prob. 1<sup>o</sup> ex eodem Doct. in lib. 4<sup>o</sup> Physic. q. 2<sup>o</sup> 3<sup>o</sup>; Secundum Aristotelem imposuisse est. aliquid corpus creari extra Caelum, aut etiam aliquid vacuum fieri intra Caelum, et ideo apud ipsum nulla fieri potest ratio ad probandum spatium reparatum esse. Sed quia nos concedimus, q. Deus potest utrumque facere; ideo ex illa positibilitate, et imaginatione arquimus, quod de facto sit aliquid spatium separatum; quia Deus potest creare unum lapidem supra convexum ultime spheras, et illum moveare motu recto elongando a Caelo. Tunc ille lapis plus distabit a Caelo, quam prius, quia prius tangebat Caelum, et nunc non tangit: et non distat nisi per spatium reparatum inter medium. Igitur de facto est aliquid spatium separatum.

Confirmatur ratione hoc, quo utitur pro Doct. predicto loco per hec verba: Creet Deus extra Mundum ipsum tres Mundos, (nempe tres Globos, huic nostro Mondo magnitudine parax) tangentes se invicem secundum puncta, eo modo, quo Spheras se tangunt. Tunc latera istorum Mundi parum invicem distabunt, et non nisi per spatium separatum; q. Vis huius argumenti Scotici consistit in eo, quod tres predicti Globi extra hunc Mundum a Deo conditi, ac sibi invicem applicati, res mutuo tangentes singuli in duabus tantum punctis, ut videbam posse in figura Tabula 3<sup>a</sup>. Ague inter puncta contactum relinqueretur spatium vacuus, q. trianguli cuius linei figuram referret, velut triangulam A.B.C. cuius latera ubique invicem distarent, solis exceptis contactibus punctis, nempe ubi latera ipsa in angulis apicis convergenterent. Ita intra eorum Globorum latera, q. ibi nullum praeter ipsum suponatur corpus, vacuum foret spatium. Non pudeo deinceps deponere, aqua deponere cosa blanca llorai este blanco; y asi como havia de poner otra cosa, pondre una Parabola de Salomon; q. dicitur: Discipulorum Domini filii misericordie adiutori: ne deficit cum ab eo christi eius, quem enim diligenter Dns, terripit; et quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affuit prudentialiter in acquisitione ejus negotiatione argenti, et aurum primi, et purissimum facetus ejus; præfatio est punctis oblongis, et ornata, quis de his derantur, hinc non volunt comparari.

5. Prob. 2<sup>o</sup> ratione deducta eo ipsa spatii vacui definitione: Spatium vacuum est possibilia extensionis cum negatione extensionis actualis; q. extra Mundi fines adest negatio actualis extensionis, et simul extensionis possibilia; q. Prob. min. Ibi potest Deus creare ad quamlibet placitam Mundi substantiam extensionem, et hoc creata, creare alios ultra istam, et sic usq. in infinitum.

6. Obj. 1<sup>o</sup> Doct. Subt. negat omne spatium vacuus separatus; q. Prob. ant. Doct. in lib. 4<sup>o</sup> Phys. q. 13. inquit: Impossible est aliquid vacuus, separatum esse; Et postea: In istis inferioribus non est possibile vacuus esse; q. Resp. Doct. hec, et similia professe non ex mente sua, q. ex mente Arist. Dum enim loguitur iusta mentem proprias in lib. 4<sup>o</sup> Phys. q. 2. et 12. nec non in 22. Nullibet nostram sententiam statuit. Arg. etiam in ipsa q. 13. hoc dicit: Licet per potentiam naturalem non sit possibile vacuum esse. (hoc est.) vacuum notabile in istis inferioribus tamen per potentias supernaturales, ut per Diuinum, hoc est. possibile.

7. Obj. 2<sup>o</sup>: Supponita omnibus corporibus annullatione, et supponito vacuo intra quodlibet cubiculum, et intra concavam Celi superficiem; tunc nego cubiculi, nego Celi latera a se invicem distare.

act, immo se se mutuo contingenter; sed hoc negavit sustinere; q.  
Prob. scg. Tunc inter illa latéra nullum erit medius, sed iuxta  
Arist. ea inter quae nihil mediat minime inter se distant,  
et mutuo re tangentur; q. Prob. min. ex Arist. lib. 5. Phys. 22. Illa,  
nam simul, quoniam nihil est medium; q.

Resp. neg. scg. maj. et dist.

probat<sup>m</sup> Inter ea latéra tunc nihil erit medius positivus actuale, conc. privativus actuale, t. positivus possibile; neg. Et similitudin. min. Inter ea, quae nihil mediat tam positivus, quae privativus, tam actuale, quae possibile minime invicem distant; conc. aliter neg. Ut duo invicem distare dicantur necesse non est ut inter illa existat quidam positivus actuale, sed sufficiat, q. inter ea habeatur privatio alicuius extensionis, et ejusdem possibilias, ut semper adest tam inter cubituli, quae coeli latéra in allatis exemplis nam inter ea potest Deus ponere substantia extensio, quod argumentum vanum est. distantia, ac spatium inter ipsa verani, ut non se se mutuo contingant, ut inquit D. q. 11. 22.

8. Inst. 1<sup>o</sup> Cum Claz. Antonio Exaudi: Substantia tantum possibilis negavit esse medium actu dividens, et separans corpora, q. tenet distinctionem. Prob. min. sub. Quod actu non est negavit actu dividere, nec separare; q. Resp. neg. ut ratiōne conseq.<sup>m</sup> Sic et enī substantia mere possibilis, seu corpus, q. interponi potest inter alia corpora, quin ista in suo removendis loco, actu ipsa non dividat, nec separaret, cum actu non sit his interpositum; ob hoc tantum, quod intercipi illisqueat, quin eadem à se invicem magis elongentur; manifestum indicium est. illa à se mutuo esse actu separata, et divisa; hoc est illa à se mutuo distare; ac spatium in quo locari possit corpus alterius inter illa jacere, ut cuique non coevo claram esse debet.

9. Inst. 2<sup>o</sup> Spatium vacuum est. merum nihil; q. neg. dividere, ac separare potest corpora; q. neg. indicium esse. ea separata, ac divisa esse. Resp. neg. ant. et conseq.<sup>m</sup> in primis falsum est ant. Quia licet spatium vacuum sit negatio actualis extensionis, et aliquonodo possit dici nihil, est tamen simul extensio possibilis, et per consequens ens reale. Similiter falsa est conseq<sup>a</sup> etenim pura quoque negatio potest esse indicium, immo mensura alicuius distantie: ut vg. Umbra est. mensa negatio lucis; et tamen indicium, et mensura esse potest mutua distantie radiorum lucis, quibus umbra ipsa intercipientur. Neg. dicatus indicium, et mensuram repeti oportere non ab umbra, sed à corpore, nam haberi potest umbra, quin supra corpus aliquod saltē visibile projectetur; et tamen esse potest mensura distantie radiorum lucis, quibus illa intercipientur.

6  
40 Obj. 3º Spatius vacuum l. ē. ens reale, l. ē. mere fictitium; si  
mere fictitium, p. n. ē. possibile; si reale, p. datuꝝ aliquod realis,  
immensum necessarium, et independens propter Deum; p. Resp. neg. maj.  
Quia inter ens reale, et ens fictitius aliquis medial. scilicet ne-  
gationes, et privationes, quas negare sunt ens reale in rigore, neg.  
mere fictitius, cum re vera existant in his rebus, quibus con-  
veniunt. Nempe ignorantia vero ē. suo modo in ignaro. Coe-  
citas vero ē. in oculis carente. Tenebras, aut umbra vexē sunt,  
ubi lux n. aderit. Quare cum spatius vacuus sit negatio exten-  
sionis actualis, et re vera hec negatio vlt ubi nullum ē. corpus;  
ideo n. immexitò assenimus ipsum vacuum ē. possibile.

¶ Qui hujusmodi spatium appellant imaginarium, n. ideo ita-  
vocant, quia vlt aliquid fictitium, et in sola cogitantis mente;  
ē. quod; illius dimensiones (ut notat Gasendus lib. 1º Phis. cap. 1º)  
, instar corporeorum, quas in sensum cadunt dimensiones imagi-  
narii; cum tamen dimensiones spatiū vacui sint alterius  
rationis. Tuo sensu umbra, et tenebra, cum actu sunt, dicē  
potentiam imaginarii, quia eos percipere n. valamus nisi ad-  
modis obscuras, ac nigras extensiones corporis.

¶ 1. Obj. Spatius vacuum sibi ipsi pugnat; p. neg. ē. possibile  
int̄a Mundi ambitum, neg. extra Mundi fines illud exis-  
tit. Prob. ant. Spatium dicit extensionem, et vacuum eam  
dem negat; p. Resp. neg. 1º ant. et dist. ant. 2º. Spatium di-  
cit extensionem possibilem, et vacuum negat extensionem  
actualiem; conc. eamdem omnino nego. Negare id actu  
ē. quod affirmatur possibile, nulla ē. contradic̄io; ut ex  
se ē. evidens.

¶ 2. Inst. Illud spatium habet posibilitatem extensionis lig-  
ni, lapidis, auxi, l. alterius corporis; ḥ. hoc requiri dicit; p.  
Resp. Erre indeterminati corporis quantum ad illius genus  
l. speciem, l. individuum; ita ut aliquod corpus possetur  
in illo spacio, adhuc ē. posibilitas extensionis alterius cor-  
poris.

¶ 3. Obj. 5º Spatium vacuum neg. ē. corpus, neg. spiritus, neg.  
ulla corporis, aut spiritus proprietas; p. n. ē. nisi quid mere  
fictitium, et imaginarium; Resp. dist. ant. Neg. ē. corpus,  
neg. spiritus, neg. ulla spiritus, aut corporis proprietas ac-  
tualis, conc. possibilis nego. Plures dictum ē. vacuum ē.  
possibilem extensionis, quia extensio ē. precipua corporis pro-  
prietas.

14. Qd. 6.<sup>o</sup> Doct. Sub. ait in 1<sup>o</sup> Sent. dist. 37. q. 1.<sup>a</sup>; Ante Mun-<sup>7</sup>  
di creationem n. ē. imaginandū vacuum indefinitum, qua-  
si ibi fuexit præsens Deus secundū essentiam antequam pro-  
ducet Mundum; immo n. alicubi præsens Deus secundū  
essentiam fuit, potens facere Mundum.; Exod. Resp. ad-  
miso Doct. testimonio neg. conseq. <sup>m</sup> ibi enim inquit Doct.  
utrum Dei omnipotētia presupponat illius Immensitatem,  
reu an ut Deus ubique agere possit, requiratur, cum pri-  
us ē. debole ubique præsens secundū essentia. Ideo n. ab-  
solute negat spatiū infinitū, d. tantum, q. Deus ante  
Mundi creationem illi totū esse præsens per essentiam,  
quasi per illud diffusus. Hanc ē. genuinam mendem  
Doct. colligitur tunc ex citato loco, tum ex lib. 1<sup>o</sup> Phisi.  
q. 2.<sup>a</sup>

### Conclusio III.

Ipsa ratio suadet in Mondo n. ē. spati-  
um notabile Vacuum, q. Coacevatum appellatur.

15. Prob. Si intra Mundi fines actu haberetur spatiū notabile va-  
cuum; scilicet omni corpore destitutum, illud aut eret in aperiis  
Cœlorū spatīis, aut intra cellulis mollem, l. intra Planetarū,  
et Asterorū Globorū; d. nullum dīci potest; p. Maj. patet: Nullus  
enim aliis locis intra Mundi fines assignari potest. Min. prob.  
1. Non in aperiis Cœlorū spatīis, nam ubique per apertā cœlorum  
spatia à Sole, et Stellis fixis lumen diffunditur, atq. à Planetis, terrasq.  
reflectitur; nunc sic: l. lumen ē. Substantia extensa, l. Substantis  
extensis modus, ē. quodcumq. n. i. negat vacui coacevati exis-  
tentiam in aperiis Cœlorū spatīis; p. Prob. min. Si lumen ē. subs-  
tantia extensa; p. ab eo spatia Cœlorū ubique repletur; si autem  
substantis extensis modificatio, cum nequeat existere ab ipse substantia  
extensa, cuius ē. modus; idēo semper spatia plena exunt; p.  
2. Prob. eadem min. Etenim licet dato plures ē. intra cellulæ  
cavitates, et permisso Sydera, Planetarū. ē. intus omnino cavo,  
ita ut sic immunita eosq. gravitate possint ē. substantia etherea  
leviores, nihilominus certum ē. interiores cavitates ram ferre, quo  
Planetarū, coeterarū q. Astrorū plena ē. debere vaporibus, et  
exhalationibus, quo ex quolibet corpore continuè evaporantur;  
ut continuis, et perpetuis observationib. compertum ē. p. ex nul-  
lo capite probari potest spatiū aliquod notabile vacuum, seu  
coacevatum ē.

16. Obj: 1<sup>o</sup> Cum Epicuro, et Farendo. Si nullum esset vacuum in  
Mundo, nullus in eo esset motus; p. si nullum vacuum notabile

8  
esset nullum notabile corpus posset movere; d. hoc ē. contra experientiam; g. Min. patet: nam in mundo moventur corpora n. volum parva, & etiā longe magna. Maj. prob. Vt moveatur corpus, debet locus vacuus illius ēē. magnitudinis, quā respondeat magnitudini corporis; g. Prob. ant. Duo corpora negantur ēē. simul in eodem loco, g.

Hesp. neg. maj. ad motum enim corporis cuiuslibet molles nullo vacuo opere ē. d. sufficit medium fluidum, in quo moveri illa possint. Ponatur lapillus in vase vitreo aqua totaliter repleto, cuius orificium ita operatur, ut inter obtrumentum fixum, et aquam intra vas contentam nullum relinquatur vacuum. Jam tunc si revolveratur vas vitreum, videtur lapis per medium aquam descendere, ac per illam circumire ad vas in revolutione licet ibi nullum sit vacuum sensibile, g. lapidis magnitudini respondeat. Id ipsis contingit si loco lapidis globus sanguinis substituatur; g. nullius rationis ē. argumentum.

17. Inst. Cum lapson, excitandores esse tunc vortices infinitos in medio fluido, atq. ad motum cuiuslibet minimi corporis totum medium fluidum quamvis immensum commovendum ēē, nisi aliquod ponatur vacuum: g. ē. plane incredibile; g. Hesp. Omnes aut. et neg. conseq. Quid inde futurum sit, et qua ratione tota res perficienda sit dum corpus moveatur in medio fluido, modo n. inquirimus. Nobis res conservat factis, et observationibus demonstrata, de quibus nemo nisi cœcus dubitare potest. Si rei quoq. rationem aliquis desideret videat Clas. Genuensem tom. 1.º Meth. pōne 100.

18. Obj. 2.º Si Cœloq. spatiā vacua n. essent lumen stellarum fixarum in tam enormē distantia usq. ad nos, requiriēt pertinere; l. scilicet eorum lumen n. apparet tam vividum ut ē. d. hoc ē. contra experientię; g. Prob. seq. maj. Tunc in medio pleno tot ēē. deberent reflexiones, et refractiones, quot sufficerent ad omnem, l. pene omnem illius vim penetrare; g. Hesp. neg. seq. maj. Nam partio medio subtilissimo luminis radii facile illud penetrare possunt. Ac licet radii illi, qui in particulas medii solidas fonte tangunt, aliquam reflexionem, aut refractionem spatiū debent, tamen radii qui vacuos ipsius mediū porulas tangunt, nullaz. l. quasi nullaz resistentiam experientur.

19. Obj. 3.º Arte, ac Machinis industria paratio notabile spatiorum vacuum efficiunt; g. etiam natura. Conseq. patet. Nam artis naturam imitatus. Prob. ant. Otho Gueniquius Machinam Pneumaticam excogitavit, qua ex aliquibus variis ipsi-

Maching rite applicatis, ita aer excluditur, ut animalia 9  
in iis posita emoriantur. Quam Machinam ideo Pneumati-  
cam, seu spiritualem appellant; quia aer, et ventus spiritus  
nomine aliquando designatur. Etiam dicitur Boyleana, quia eam  
Clas. Boyle eam reformavit, et cum ea plura experimenta  
fecit, et rem Phisicam aurib; & ope hujus Machinae exhausto  
aere manet in vase spatium notabile vacuum, nempe quan-  
ta est vasis capacitas;

Respo. neg. 1<sup>m</sup> ant. et dist. conseq<sup>r</sup>. prob. Manet spa-  
tium notabile vacuum, & non omnino vacuum, conc. omnino vacuum neg. varsa,  
ex quibus ope machinae Pneumaticae aer extrahitur, vitrea arsumuntur, ut  
post extractionem aereis facile percipi possit, & in his contingat. Hec va-  
sa, l. habent campanas formam, & sunt latiores, et longiores tubi, propter  
capienda experim. expostulare videntur. Sive campana, sive tubus Ma-  
chines applicatus, Machina recipiens dicitur. Sed in nullo caseo vasorum  
illa extracto aere, sunt totaliter vacua; sed hi enim aere crassior tanta  
eduicuntur. Præterea in vasorum vitreis, licet extracto aere, corpora in  
illis posita adhuc videntur, ingreditur lumen, ac inde ad oculos reflec-  
titur, q<sup>d</sup> lumen, (ut dictum ē. num. 15) l. ē. substantia extensa, l. mo-  
des, qui abr<sup>e</sup> substantia extensa, ~~non~~ existere negunt. Exgō  
Nullum perfectum vacuum ibi est unquam. mmmmmmmmm  
Quod vero animalia ibi moriantur n. probat totale vacuum, & tantum  
deficere aerem illius crassitudinis, cuius opus ē. ad animalium respi-  
rationem. Figura hujus Machinae, sicut et eius explicatio videatur in  
Illustr. Seyjoo tom. 5<sup>o</sup> Theatri criticæ discursu IX. Nec n. in tom. 2<sup>o</sup>  
Patris Antonii Ferrarii part. 1<sup>a</sup> Phisicae disp. 2<sup>a</sup> q. 7.<sup>a</sup>

## Conclusio IV.

In Corporibus existit vacuum, q<sup>d</sup> disseminatum  
dicitur.

20. Prob. 1<sup>o</sup> ex Doct. Sub. qui licet expresse vacui disseminati men-  
tiones n. faciat, ejusdem vacui existentia reponit in 1<sup>o</sup> Sent. q. 16 ubi sibi  
objiciens, duo corpora posse naturam esse in eodem simul loco  
ut ignis ex ferro, et vini similitus ex pane, ita respondet Doct.  
Non ibi ē. ignis, & qualitas ignis, nisi forte in ponit ferri ubi ē.,  
ignis, quia corpus subtile, et penetrativus ē. ex qua responseione  
expresse avocatur, in corporibus licet durioribus, ac densioribus  
plurimos haberi posulos, q<sup>d</sup> etiam dari vacuus disseminatus.  
Etiam ē. poros inter se non in universa terra concedit in lib.  
2<sup>o</sup> Metheor. q. 9. Art. 2<sup>o</sup> ubi rationem assignans, cur in locis tem-  
peratis rupes accidat fulgur, seu conuictio, et rupes in frigidis,  
hac dicitur; Non in frigidis prohibetur elevatio evaporationis, propt  
er constructionem pororum rupes, Et in q. 5<sup>o</sup> Art. 1<sup>o</sup>; Montes  
sunt loca porosa admodum spongei.

Dicunt contraria: Doctorem vere  
admitere pores in corporibus, & n. omnino vacuos, ut requiritur ad  
vacuum disseminatum asservandis. Sed contra: necesse n. ē. ad va-  
cuos disseminatus retinendis, ut corporum pori sint omnino vacui,  
& tantus sufficiunt, ut n. sint omnino pleni, q<sup>d</sup> in poris contin-  
gere debet, nisi in infinitis procedatur in se sic fluidorum pores

ipso replentur. Propterea ipse D<sup>r</sup>. ait: " Quod si totus panis esset posse nihil esset ibi de pane; " seu panis nihil esset; q<sup>d</sup>. supponit, q<sup>d</sup>. posse nihil sunt; q<sup>d</sup>. si ceterum t<sup>e</sup>. poros admittere, omnino vacuos esse admitit.

**C**onf<sup>x</sup> ex eodem Doct. in lib. 4<sup>o</sup> Phisicorum q. 14 ubi alia proferens, hanc statuit conclusionem: " Possibile est ali-,, quod condensari per solam compressionem, nulla alia mutati,, one facta, que scilicet sit prævia ad illam condensationem. " Sed hoc n<sup>n</sup>. esset si n<sup>n</sup>. daretur vacuus vacuus disseminatus; q<sup>d</sup>. Prob. min. Negucunt corpora condensari, atq<sup>e</sup> ad minus volumen reduci ab q<sup>d</sup>. prævia exclusione ullius substantiæ, nisi in illis corporibus supponantur spatiola omnino vacua, in quæ recipiantur partes corporis, q<sup>d</sup>. comprimitur; q<sup>d</sup>. Ant. patet: N<sup>o</sup> mutua corpori penetratio est naturaliter impossibili; q<sup>d</sup>.

**H**inc facile colligitur, cum duo corpora vel eodem volumine unum sit raxius, et alterus densius. Scilicet; raxius, quia minoris materiæ habens plura spatiola vacua continet, et densius, quia majoris materiæ habens, ideo pauciora spatiola vacua continet. Si enim omnia essent sicut plena, quæc etiæ essent densa, nullumq<sup>e</sup> esset discriminem inter raxum, et densum. 21. Prob. 2<sup>o</sup>. Experientia compertus est continuoq<sup>e</sup> observationibus fiamat, omnia corpora plurimè constare possunt, qui ea substantia, cuius est corpus, minime replentur, nec aliena substantia replexi possunt; q<sup>d</sup>. Probant. quoad paxtem. 1<sup>o</sup> ut experitur est. Clas. Wolfius tom. 2<sup>o</sup> Phis. experimentalis, si auxiliis quod inter graviora, et densiora consistunt corpora, in tenues dividatur lamellas, et h<sup>e</sup> inspiciantur Microscopio, innumerum ponuli, seu meatus observantur in eis, quod jam animadverterat Doct. Sub. in 1<sup>o</sup> Phisic. q. 17. ubi ait: " De quolibet visibili, q<sup>d</sup>. actu videtur, aliquæ partes videntur secundæ profundæ: ut, jux signis est. q<sup>d</sup>. nullum corpus potest esse ita denrum, nec, q<sup>d</sup>, compactum, quin aliqua pars ejus posset fieri ita tenuis, q<sup>d</sup>, poterit ipsum bene potest fieri visco sanguis per medium, ut, q<sup>d</sup>, faciat de auro, ferro, et hujusmodi; "

### 2<sup>o</sup> Plures sunt liquoribus,

qui penetraunt marmora, lapidesque compactissimos, nec non metalla durissima, ut de Aqua Regia, et Forti expertus est Clas. de Lantis tom. 2<sup>o</sup> Magisterii naturæ, et Artis lib. 1<sup>o</sup> cap. 1<sup>o</sup> Signis certis marmora, lapides, et metalla plurimè consante bonulis, per quos liquoribus aditus, et transitus faciat. 3<sup>o</sup> In dubium est, in omnibus animalibus continuam

haberi perspirationem, adeo ut octo alimenti partibus qua-<sup>11</sup>  
vi quinque diebus singulis in Italia ē corpore humano  
evolare soleant, ut afferit Pater Carolus à Sancto-Floriano  
in Phisica Generali Sect. 1<sup>a</sup> Art. 1<sup>o</sup> pōne A<sup>a</sup> num. 94. Et in  
Valentina Provincia facultua Doct. Pequer in tom. 9<sup>o</sup> Phisica  
tract. 4<sup>o</sup> Cap. 17. num. 371. Quodlibet corpus evaporare ad mi-  
nus unciam unam, viginti quatuor horarum spatium. Vascula,  
per quae fit perspiratio exhalantia dicuntur, sotq. sunt,  
ut in minima cutis parte, quae arens granulum n̄. exca-  
dat, plusq; centum, viginti quinque milia meatum com-  
putentur, ut docet Leenveneckerius. In cute humani corporis  
alia quoque n̄. vascula, quae absoventia vocantur, per quae  
sudor semel expressus nisi detegatur, itexum reingreditur,  
absoventusq; aëx, et aqua in balneorum usu.

4<sup>o</sup> Simile contingit in  
Aerobionibus, Plantis, et Herbis, quae præter nutritium rucunt mediis radiis  
à Tellure haustum, plena effluvia exhalant, ut ex odore, aut calore, et hu-  
more circumdiffusio clare deprehenditur. Ex quibus omnibus clare infertur,  
in quibuslibet corporibus porosūs ē, qui n̄. replentur sua specifica  
substantia, ut per eos evētis, et ingressus materiæ particulis paleat.  
Hoc ē. omnia corpora sunt instar spongiæ perforata, cui hac tantum  
diferentia, q. sponge foamina n̄. valde lata, et nulli oculis visibilia;  
et in plenis corporibus tam exigua, ut n̄. nisi Microscopio percipi pos-  
sint; q.

22. Prob. eadem proo quoad 2<sup>o</sup> partem; hoc ē. q. aliena substanc-  
tia omnino replexi negueant. Nam in corporis poris ingreditum  
aëx, in aëris porulis ether, et in istius porulis aliud subtilissi-  
mum fluidum, et sic, usq; deveniatum ad fluidum ultimum posi-  
tive; q. in istis fluidis n̄. adest substantia aliqua porosus om-  
nino vacuos occupans; q. Prob. min. Omnia fluida componentur ex  
partibus figura Sphaerica, l. quasi sphaerica paginis, quae n̄. tan-  
guntur nisi in puncto, l. quasi in puncto; q. facile intelligitur,  
quomodo in fluidis porula replentibus maneat interexpersa va-  
cuola; q.

23. Obj: In Mondo existit substantia extensa insensibilis, ac  
fluidissima omni carent poro, omniq; parte determinata  
figura, ita ut cuilibet minimo porulo accommodari possit, q.  
semel admisa hac substantia, nullæ sunt rationes, et experi-  
entia aducta de corporis porositate, et fluidorum figura Spha-  
rica; q. Prob. min. admisa hac substantia omnes corporis poruli  
illa totalitez replerentur, quin procedatur in infinitum in  
fluidorum venie, q. Resp. neg. existentiz taliv substantiez, quod  
huc illam admittentes sufficienter probent. Ego admitto in  
quolibet corpore porulos ex. seminatos, et fluida constarem  
particulis figura Sphaerica, l. quasi Sphaerica donatis quia  
hec Philosophi demonstrant, et in suo loco demonstrabo. Sed  
existentiez memorataq; substantiez nullius figura paginis,

nemo adhuc ostendit. Vnde nullius momenti ē. relata sponitio, que  
ē. precipua Plenistarum contra Vacuistas. Tam hec, quam  
alēe videantur in VII. mo Feysoo in theat. Critico tom. 5. Discus-  
su 13. folio Mīhi 39.

## Questio II.

### Quid sit locus corporis?

24. Locus vulgo dicitur, quidquid responderet solet inquirenti ubi res  
sit. Ideo inquirenti ubi Petrus sit? Resp. Esse in Urbe, in domo, in  
Templo &c. Vnde Vras Domus, et templum vulgariē loca appellantur.  
Vixim Philosophice loquendo hec nō sunt proprius locus Pe-  
tri, et si in ea Petrus existat; nam hec loca latiora sunt,  
que postulat magnitudo Petri. Philosophi vero in definiendo  
corporis loco invicem nō conveniunt. Doct. Sub. sex diversas  
refert opiniones in 4. Physic. q. 1.ā quatuor expresē refutans,  
et duas explicans. Quas Doctoris, et Patris Fortunati à Brixia  
renso vestigia, expoundam.

25. 1.ā ē. Peripateticorum definitivus locum us Arist. lib. 4.º Phi-  
si, locus ē. ultimum corporis continentis immobile primum. 2.ā  
Ita iuxta istos locis corporis aquae demersi, et immediata, et  
concava superficies aquae corpus circumambiens. Quibus ad-  
huc etiā Cartesius. 2.ā Democriti, Epicuri omnisq. Stoicorum  
qui docuerunt locū nihil aliud ēē. præter spatium a cor-  
poore occupatum. Tionis opinioni adhuc præclarissimus Ecclesiis  
lumen S. Augustinus.

26. Doct. vero Subt. licet aliquando Arist. sententias adhucere  
videatur, atamen ē. tantum ad ostendendis, quomodo Arist-  
sententia defendi potest; in re autem, et ex mente sua fa-  
tetur opiniones Democriti, et S. Augustini muleum ēē pro-  
babilem, nec posse evidenter impugnari. Casu autem quo  
verificaretur Doct. ex mente sua opiniones Arist. asservare,  
componi potest, sicut facile componuntur Sectatores Aristi  
et Democriti, dividendo locum in externum, et internum;  
dicaturq. locū internus corporis ēē. spatius ab ipso occu-  
patus, externum autem ēē. concavam superficiem al-  
ienius corporis illud circumambientes.

27. Huius opinioni omnino similis ē. altera absolute, et  
relativa; ita ut absolutus respondeat internus relativum  
externo. Absolutus ē. qui in se ē. determinatus nullum  
respectum habens ad res extra ipsum positas; ut ē. spatius  
tartus a corpore occupatus. Relativus vero ē. qui ex  
relatione ad ea, que illi circunstant, unicè determina-  
tus. Relativus dividitur in naturale, et violentum. Natu-

13

xalis ē. qui debitus ē. corporū iuxta spissam naturalem secundam. Tui triplex ē. naturalis simplicitē, naturalis secundis quid, et naturalis conservator. Simpliciter naturalis dicitur, qui omnibus corporib[us] debet ut iuxta Generales naturas leges. Ideo quia generales naturas leges petunt, ut graviora sint sublevioribus, et leviora super graviora; omnis locus simpliciter naturalis, si ex quatuor vulgaribus Elementis, circa centrum gravium terrestrium primo stet terra, supra terram aqua, supra aqua aës, supra aërem ignis, l. ether. Naturalis secundis quid ē. qui debent singulis corporib[us] solitariis spectatis, iuxta peculiarem singulorum exigentias; ut si minima gravis ad gravem centrum intra gravius collocaretur teneat locum naturalem secundis quid quia id esset iuxta gravitatis legem. Denum naturalis conservator ē. in quo corpus locatus conservatur iuxta naturas suas exigentias, atq[ue] extra illum diu conservari negat, sic locus naturalis conservator animalium ē. aës, et pisces aqua; nam si pisces extra aqua, et animalia extra aërem constituantur diu conservari negantur.

28. Contra, violentus corporis locus ē. qui corporū ē. indebitus iuxta ipsius exigentias. Tui similiter triplex ē. violentus simplicitē, violentus secundis quid, et violentus destructor. Violentus destructor ille ē. in quo corpus facile consumptus, aut destrutus; ut si homo extra aërem, pisces extra aqua, l. omnia corpora in ipse diu collocarentur. Reliqui vero ex dictis numero precedentibus facile intelliguntur.

29. Etiam dividitur locus in propriis, et communis. Proprius ē. qui totus ab ipso corpore occupatus; ut ille, qui ē. proximus corpori. Communis autem locus corporis dicitur, in quo non solum corpus ē. sed aliud praeteat in eo ē; ita signans ē. communis preceptoris in eo docentis, quia in eo præter Magistrum sunt ejus discipuli, aliaq[ue] corpora. Locus autem proprius preceptoris ē. illa ratione signans, pars, que tota a preceptoris ipso occupatur. Sed ut clarissimum sit verus absolutus, et proprius locus corporis, nonnulla postulata primaria, que omnibus certa esse debent.

30. Postulatum I. Tuncumque moventur alicubi sumpto

14. Nemiam ut inquit D<sup>r</sup>. lib. 4<sup>o</sup>. Phis. q. 1<sup>a</sup>, Omne,,  
motus localitatem alicubi, et mutat locum, quia mo-  
tus est loci mutatio. Quare cum omne corpus movea-  
tur, aut moveri posse, necesse est ut qualibet corpus  
sit in loco; eo ipso, q<sup>d</sup>. mutat locum, aut mutare potest  
omnino in loco esse debet.

31 Postulatum II. Soci locum ne dicas cave-  
to. Secus nullus unquam exit locorum finis. Ut eni-  
inquit D<sup>r</sup>. q. c<sup>a</sup>stata:; locus n<sup>o</sup> e<sup>t</sup> in loco, quia jam esse  
processus in infinitum in locis;

32. Postulatum III. Locus immobilitis est. Hinc  
necessario sequitur ex citatis postulati, siens  
locus reguit esse in loco, nec locum mutari potest,  
q<sup>d</sup>. nec moveri. Præterea vi locus ponatur mobilis,  
Corpus quandoq<sup>f</sup>. dicendum esse moveri, dum quiescit,  
et aliquando quiesceret deus vere movetur. Quod evi-  
denter est.

33. Postulatum IV. Locatio locum semper  
equale habeto. Nempe ut ait D. sub. q. cit. 33 locas.  
proprio alicuius locati est præcise equalis illi locato,  
quia continet locatus, et nihil plus. Major corpus  
majore occupat locum, et minus minorem, ut patet  
ex definitione loci proprii num. 29. quibus pre-  
missis sit

### Conclusio Unica.

Proprius, et absolutus corporis locus, non est concava  
superficie alterius corporis illud circumambientis,  
sed est spatium ab ipso corpore occupatum.

34. Prob. 1<sup>o</sup>. per ~~par~~ electis postulatis. Tusta sum postulatus locus pro-  
prietatis, et absolutus corporis, ita debet esse ut qualibet corpus  
in loco desirat, d. si locus esset concava superficies  
corporis circumambientis, n<sup>o</sup>. omne corpus esset in loco  
semper, q<sup>d</sup>. Min. prob. Tunc supremus celum non esset  
in loco, q<sup>d</sup>. Prob. ant. Circa illud nulla est concava  
superficies alterius corporis, q<sup>d</sup>.

**II** Aristoteles concedit sūp̄imum Cœlū nullū habere locū proprie  
in membris; nam illud cūq; moveri potest, seu locū mutare, adeoq;  
in loco ēē. oponet. Ima corpus quodlibet iuxta Arist. si solatius  
eret in nullo debaret ēē. loco, nec locū mutare, et per consequens  
immobile ēē; cum omne corpus natura sua sit mobile.

**35.** Juxta postulatum 2<sup>m</sup> infertur, qđ si locus est superficies al-  
terius circumambiens corpus in illo locatū, daretur locus loci, t̄.  
hoc negavit admitti; qđ Prob. seq. maj. superficies ipsa circumam-  
biens, una cū corpore, cuius ē. superficies in alio eret, cū ē. postu-  
lato s̄. quolibet corpus, ut pote mobile in loco esse debeat, qđ.

**36.** Juxta postulatum 3. spatius omnino ē. immobile, à concava su-  
perficies n̄ ē. immobilit̄; qđ Prob. min. Concava superficies, potest mo-  
veri, et revertere motetrix una cū corpore, cuius illa ē. superficies  
qđ l. m̄ ē. immobilit̄; l. censendis ē. corpus moveri cū vere quiescat,  
et quiescere cū vere motetrix, qđ ē. abruxid; qđ ex dictis postulatis  
clari sequitur locū n̄. ē. concavę superficiem, et d̄.

**37** Prob. 2<sup>a</sup> pars. s̄. ex Doct. Subt. lib. 1<sup>o</sup> sent. 3. qđ 16. ubi ait:  
„locus ē. spatius capax corporis;” Et in eadem qđ docens: corpus in  
loco existens, n̄. vero ejus locū dimensione positiva datur inquit:  
„dimensiones illas duorum corporum divinitatis existentias in eodg  
loco ēē. eadem dimensionibus loci, potest. intelligi positivè, l. ne  
negativè. Si positivè, falsus ē quia dimensiones illæ corporum n̄. n̄.  
eadem alicui dimensioni loci, quia locus n̄. habet dimensiones  
præter dimensiones locatiōnē. ex Doct. d̄.

Conf. ex eodem Doct. lib. 1<sup>o</sup> Phisic.

qđ 1<sup>a</sup> ubi inquit: „Concedo, qđ tam loco, quis locatū ē. dimensio  
l. dimensiones; t̄. n̄. sequitur, qđ dimensiones penetrant, quia  
n̄. sunt simul positivæ, t̄. præbative, per filiations alicujus  
intermedii;” Præde supponit locū ēē. præbativus, seu negativus ex  
tensionis; qđ d̄.

**38.** Prob. eadem pars 2<sup>o</sup> rationibus deductis ex postulatis. Juxta postulatum  
1<sup>m</sup> quodlibet corpus in loco existit; t̄. si locus dicatur spatius à corpore  
occupatus, quodlibet corpus semper t̄. in loco, qđ Prob. min. Spatius, qđ occu-  
patus ubiq; qđ. Juxta postulatum II. n̄. datur locus loci, t̄. si pro loco  
statutus spatium à corpore occupatus, n̄. datur locus loci, qđ Prob. min.  
Quilibet spatiū pars ē. minus locus, nec aliò ipsa cogit loco, quod im-  
mobile sit, nec mutare possit locū; qđ. Ex postulatu IV. Corpus semper  
debet occupare locū sibi ipsi prorsus equalē, hoc t̄. corpus maius ma-  
jorem locū, et minus minorē; t̄. id planè evenit vi pro loco statu-  
atus spatius à corpore occupatus, qđ Prob. min. Tunc omnes positivus dimen-  
siones corporis exactè correspondunt dimensionibus negativis spatiū,  
in quo illud existet, ut cuilibet evidens ē. et testatur à Doct. Subt.  
lib. 1<sup>o</sup> Phisic. textu 76. ubi ait: „Cubus vacui habet tantam dimensionem,  
seu magnitudinem, quantu[m] habet cubus ligni, et inter ea n̄ est  
diferentia quantu[m] ad dimensionem;” Expo. d̄.

39 Obj: 1º Corpus ē. quid realit̄ distinctiæ à loco, q̄. ab eo separabile, q̄. corpus absq. loco potest ēe, q̄. n̄. omne corpus necesse ē. ēe. in loco, q̄. n̄. tenet I. postulati. Resp. dist. 2º conseq. Corpus ēe potest absq. hoc l. illo loco determinato, conc. absq. omni omnino loco, resq. Omne corpus distinguuntur realit̄ à sua figura; nam ea spoliaz̄ potest, et in aliq. conformari; atamen n̄. sine omni figura. Cuz enim omne corpus sit finitus, et limitatus, necessario aliquæ figura, qua examinetur, debet habere; Ita similiter, quoniam corpus distinguatur à loco, et possit ēe. absq. hoc, l. illo; tamen absq. omni negat̄ ēe. nam corpus natura sua ē. mobile, et quocunq. tempore moveri potest; posse autem moveri e posse mutare locum, quia motus ē. loci mutatio. Ititur corpus debet ēe. in aliquo loco.

40 Obj: 2º Et vi pro loco corporis statuatur superficies alterius corporis illud circumambrentis, tamen n̄. proceditur in infinito in locorum serie, q̄. n̄. tenet ratio assignata contra Arist. Prob. ant. Neimis locus, sicut convexa totius Mundi superficies dicitur ab Arist. in loco n̄. ēe: q̄. n̄. proceditur in infinitum. Resp. neg. ant. Pm. et dist. ant. prob. Dicitur ab Arist. in loco n̄. ēe. absq. fundamento conc. cum fundamento, neg. Ip̄va convexa totius Mundi superficies ē. mobile; nam si Deus vellet, posset circumquaque longius, seu altius, prolatare, posset etiam totum Mundum alio transferre; q̄. tum totus Mundus simul; tum convexa illius superficies ē. in loco, et circum ipsam aliud ē. loco, in quem transferri potest; et sic usq. in infinitum.

41 Obj: 3º Non ē. necesse locum ēe. absolute immobilem; q̄. Prob. ant. sufficit ad motum, quod sit immobilit̄ per equivalentiam; hoc ē. q̄. et vi locus corporis aliquando moveatur, illi succedit alter locus proximus equalis, qui prius equivalerat; et quarti idem q̄. illo spectari posse, q̄. q̄. nullo ē. ratio adducta ex loci immobilitate. Resp. neg. utrumq. ant. Non immobile tantum per equivalentiam n̄. ē. vere immobile. Ita enim admiror usque ratio in II Postulato aposita. Et vicit eadem ratio cui Doct. Sub. impugnatur contra eos, qui ajunt, locum ēe. immobilem per se, licet mobilem per accidens; ita pariter pugnat ratio aequalium locum n̄. ēe. absolute immobilem, ē. tantum per equivalentiam. Non tunc corpus posset se ipsa habere alium, et alium successivè locum, quin moveatur; adversum communissimam, et apud omnes receptam definitionem motus.

42. Obj: 4º Cuz dicitur, locum ēe. debene corpori locato proximus & qualis, intelligendum ē. de equalitate inter locis, et superficiem locati; n̄. vero inter locis, et totam magnitudinem corporis in eo locati; q̄. neg. ex IV. postulato aliquid requiritur contra Arist. et Cartesium. Prob. ant. Tunc locus, seu concava superficies corporis circumambientis semper ē. equalis superficie locati; q̄. Resp. neg. utrumq. ant. Non enim sola corporis locati superficies, ē. totum corpus locatus est in loco: nam totum ē. quid mobile, et locum mutare potest. Locus ipius equalis ēe. debet toti corporis locato magnitudini, n̄. autem illius dumtarat superficie.

43. Obj: 5º Locus ēe. debet quid reale positivus actu existere, cui actiones positivæ tribui possint; ē. hoc negat̄ dici de spatio, quod

actu nihil ē nisi mera negatio extensiois, q. eantum de superficie corporis circumambientis, q. Prob. maj. Locus dicitur corpus, q. in eo locutus, recipere, illud continere, et ab eo replexi, q. Neg. neg. maj. et dir. maj. prob. Locus dicitur corpus s. hoc ē q. corpus verie existat in loco, et nihil ejus extra viuum locum sit, neque sinat ab altero corpore vimul occupari; conc. Id dicitur de loco eo modo, quo vas liquorem recipit, illum continet, et ab eo repletus; neg. Axint. ipse lib. 10. Physic. textu At assignat discrimen inter vas, et locum. Nam si contingunt actiones positivæ dum locus occupatus ē corpore: iste plane sunt corporis occupantes, n. autem loci occupati: nam corpus ipsum ē, q. occupat, et replet locum, ac impedit, ne aliud corpus ingredietur in loco a se jam replete. Cum autem dicitur locus recipere, et continere corpora, impropus, et metaphysicus ē. iste loquendi modus, eodem modo, ac dicitur tenebras continere homines; ac Telluris umbram inse recipere, et complecti Lunam dum totalem patitur Eclipsim.

### Questio III.

An plura corpora possint simul consistere in eodem loco, et idem corpus in pluribus locis?

At dicet quidquid existit, in aliquo loco ē. oporteat, atamen n. omnia entia eodem modo in loco ē. possunt; alio enim modo in loco ē. debent corpora, que Physicis partibus constant, donantq. extensionem; aliog. spiritualia substantia, que partibus extensionem q. carent. Quare pro diversitate entium, quatuor ē. possunt modi essendi in loco; scilicet: 1. circumscripтивē, 2. definitivē, 3. simpliciter, 4. sacramentaliter. Item ē. in loco circumscripтивē dicitur; cum ipsi loco commensuratus, seu spatium neveriat, repletus, et singulis ejus partibus singulis partibus repletū respondet. Hoc modo sunt in loco omnia corpora partibus extensis praedita; nam ea sunt tantum, que spatium replete, spatius partibus respondere posse.

45. Enī aliquod ē. in loco definitivē dicitur; cum loco n. commensuratus, q. ē. totum in toto, et totum in qualibet parte loci. Hoc modo spiritus creatus sunt in loco, cum enim partibus extensis carent, fieri negat, ut loco commensurantur, et singulis loci partibus, singulis partibus respondeant. Quod consequitur necessario ex ipsa natura substantia spiritualis, que utpote simplex, tota simul ē. debet, et tota in qualibet loci parte. Ideo anima tota ē. in toto corpore, et tota in brachio, tota in manu, tota in pede, actata in quavis rati corporis parte; ut ait S. Augustinus. lib. de Immortalitate Animæ cap. ultimo.

46. Illud dicitur ē. in loco simpliciter; quod ē. in loco absq. ulla limitatione, aut restrictione, simulq. omnibus, et singulis omnino locis præsumam actiones potest ē. tota persona, quia illi loco commensuratur, aut ab illo circumscribatur, l. definitiva. Tercio modo voluit Deus ē. in loco, quia per suæ actionem totus passus ē. omni loco, singulisq. totius loci partibus. Tandem modus existendi in loco sacramentaliter, peculiariter ē, unq. tantum corpori Christi convenit, quatenus existenti in

Eucharistis Sacram.<sup>to</sup> Hic modus ē. propositus infabilis. Nam cum Di-  
vina fides doceat, idem omnino corpus Christi, q.<sup>d</sup> natum ē. de Maria  
V. ac pependit in Cœlo, ē illud ipsum, q.<sup>d</sup> in Eucharistis Sacram.<sup>to</sup>  
reponitus, necesse ē. corpus perfecte organicum ē. adeoq.<sup>d</sup> habere debet  
partes extra partes invicem distinctas, et inconclusas; nihilominus cer-  
tum ē. ex ipsa fide, n.<sup>o</sup> solum sub passa Hostia consecrata obiectus  
186. In plano inclinato invicem distinguuntur longitudo, et altitudo. Longitudo est recta ducta ab illius unitate supra ipsum planum inclinatum usq. ad planum horizontale, cui illud inservit. ut v.g. longitudine plani inclinati A, D, est ipsa recta A, D; altitudo vero; est recta perpendicularis semivaria ab vertice ipsum plani inclinati ad subjectum planum horizontale; ut v.g. recta perpendicularis A, B, que est simul communis altitudine planorum A, N, et A, M, licet hec cum intext se, summa A, D, longitudine differant. Longitudo plani non secus ac iste fuit de linea incidentibus spectari potest ut sinus totus, et ipsum plani altitudo, tangens sinus anguli inclinationis, quo idem est ac sinus anguli elevationis plani. Unde sumpta plani longitudine D, A, fig. 2 tab. 1<sup>a</sup> tangens radio circuli, cuius centrum sit in D, illiusq. diameter indefinita recta horizontalis A, B, ducta a superiori extremitate radii D, A, ad diametrum B, E, est sinus anguli inclinationis, seu elevationis plani A, D, B. Ex quibus omnibus haec sequuntur leges.

## §<sup>o</sup> Lex I.

Dum corpus descendit per planum non nūt in illo ea celeritate, qua descendet; si libere descendet per rectam verticalem, dicitur velocitate semper minori, eodq. adhuc minore, quo planus est magis inclinatus.

187. Prob. Nam reclusa mediis resistentia tota vis gravitatis operatur in promovendo corporis descensu, ex descendet per rectas

verticalem; dum vero descendit per planus inclinatus; quodvis  
ejusdem vis fortio occupatur in ipsius plani pressione; et eo  
major vis occupatur; quo planus e. magis inclinatus;

## § Lxx II.

Motus corporis descendenter per planus inclinatus e. equaliter acceleratus; tumque ipsius acceleratione parvus sit juxta progressionem Arithmeticas numerorum imparium ab unitate incipientem, n. secundus de vi descendenter liberè naturali motu per rectam verticalem.

188. Prob. Nam licet vis gravitatis, qua corpus in plano inclinato sollicitatur ad descensum, deficit ab ea vis, qua promovetur illius descensus in recta verticali; tamen quicunque illa sit, singulis temporibus momentis novis, et equalibus impulsus semper impunit corpori descendenti; qui impulsus semper sunt majores in descensu verticali et semper minores in descensu per planus inclinatus; s. in utroq. descensu semper s. equalis inter se respective, cujus rotrag. vis in utroq. casu continet, et necessario agat. Eoqua continua impressione equalis impulsus necessario sequitur equalis acceleratio descensus, ut dictum fuit in Legge 3<sup>a</sup> n. 181.

## § Lxx III.

Spatia a corpore percusa in eodem, l. simili plano sunt inter se in ratione duplicata temporum, et celeritatum; et contra, tempora, et celeritates, quibus ipsa spatia percuruntur, sunt in ratione subduplicata spatiorum.

189. Probatio conjecturae e. ex acceleratione descensus juxta progressionem numerorum imparium, area in legge 4<sup>a</sup> num. 184. Ius propositio Galiliana vocatus ab inventore Galileo.

190. Supponendo autem q. vulgarium pendulorum motus, sit communiter per circulorum arcus, scire necesse videtur, q. pendulij e. corpus praeceps immobili puncto filo suspensus, circa q. liberamente moveri potest;

sale ē. corpus C. fig. 3<sup>a</sup>. fab. 3<sup>a</sup>. suspensu filo BC, ex immobili puncto B, circa q. per cuius remittit C. P. A. ita, redditus movezi liberumne potest. Punctu immobile, cui pendulus apensu ē, ut B. dicitur suspensionis punctu; filus vero, quo pondus suspenditur, ē penduli longitudine, quae sumenda ē. à centro ipsius ponderis; unde longitudine penduli ē. distantia centri ponderis suspenſi à punto suspensionis, ut ē. distantia inter punctum B, et centrum corporis C; seu ē. radius, cuius arcus penduli centrum describit. Tandem perpendicularis penduli, ē. recta ducta ex punto suspensionis ad infimum punctum descripti arcus, nempe, quae recte horizontali I, D, ad perpendicularis insistit, velut B. P.

VII. Itus, redditusq. qui perficiuntur à pondere mobili circa punctum suspensionis vocantur penduli Oscillationes, et vibrationes. Ita itus per C, I, A, et redditus per A, P, C, sunt due penduli oscillationes, adeo ut totus itus unus oscillationem, seu vibrationem constitut, et totus redditus abeatur. Quare integrata penduli oscillatio complectitur tam penduli accessus ad rectas perpendicularias per arcus C, I, que recessus ab eadem perpendiculari per arcus P, A, I. coniuncta. Unus p. accessus ad perpendicularias, aut unus recessus ab ea, ē. tantum semidia penduli oscillatio, que ideo semibivibratio appellatur.

VIII. Pendulum C descendens ex se in P. requirit in P. quiescere, d. ac illuc pervenire accendere debet ex P. in A, manifestz ē. quia descendendo per C, P, tantum acquirit velocitatem, que acquisivit, si descendisset per verticalem C, D, I. E, P, et ideo hac eadem velocitate, seu vt ē. in descensu acquisita, tantum accendet, quanto descendebat; scilicet, quanto ob aeris gravitatis in ascensu, tota ipsa celestis acquisita in descensu destruatur. Cum vero gravitas equalibus temporibus semper equaliter agat, tantum tempus requiritur ad restituendam celeritatem acquisitam, quam operis fuit ad eam producendam, et tantum spatium percursum exire ē. corpore, ut tota celeritas destruatur, quanto percurvus

fuit in illius acquisitione; quia sicut in descensu illius motus fuit equalit<sup>tus</sup> acelerā ita in ascensu erit equalit<sup>tus</sup> retardatus, in sequenti paragrafo constabit. Quod omne clare apparet in sequenti lege, et suis corollariis.

### § Lex IV.

Oscillationes penduli per arcus insquales eiusdem circuli, quorum dimidia parum à rectitudine suarum chordarum deflectant, fiunt tempore phisiice, equali, seu sunt phisiice isochronae.

193. Prob. Corpus grave descendit eodem omnino tempore per omnes ejusdem circuli chordas, que derivantur ad infimū punctum diametri verticalis; & arcus circuli si isti non multus deflectant à rectitudine suarum chordarum, percurvantur à corpore descendente tempore phisiice equali tempore illi, quo percurvantur chordae illi subtensi; & corpus grave, et tempore phisiice equali descendet per eos omnes ejusdem circuli arcus, qui parum deflectunt à rectitudine chordarum vibri responderentur. Ut autem hoc verum sit, necesse est ut totus arcus à pendulo descriptus non multus deflected<sup>t</sup> à chorda vibri subtensa; & reficit, q. dimidia arcus descriptorum parum deflectant à rectitudine suarum chordarum. Idcirco in hypotesi penduli vibrationes licet fiant per insquales arcus ejusdem circuli, merito appellantur isochronae, id est equalis temporis. Propterea quod atinet ad parvum hec notanda sunt, que tantum corollaria inde inferuntur.

### Corollarium I.

¶ Penduli vibrationes, que fiunt in cir-

85

culi arcubus, sint phisice isochrone, arcus oscillationum, n. debent esse nimis magni; ergo eo exactius vibrationes isochrone, quo ceteris paribus, minores erunt arcus descripti a pendulo oscillante.

194. Ratio est, nam dum arcus oscillationis sunt nimis magni, eorum dimidia multe deflectunt a subteniis chordis. Quo vero minores sunt circuli arcus a pendulo descripti; eo minus eorum dimidia deflectunt a rectitudine suorum chordarum, adeo quod minus est sensibilis inqualitas temporum, quibus vibrationes fiunt in ipsis arcubus.

### Corollarium II.

Quo brevius est pendulum, eo minores fieri debent oscillationes in arcubus circuli, ut sint phisice isochrone.

195. Ratio est clara: Nam vi pendulorum brevius est, usque tunc minor sit radius eorum describendorum, magis curvi sunt arcus descripti ab eo oscillantie; et contra: minus curvi exunt, si pendulus longius fuerit. Quo vero arcus sunt magis curvi si ceteris paribus, magis deflectunt a suis chordis, et contra: si illi fuerint minus curvi minus ab eis deflectunt. Ego in longioribus pendulis, minus sensibilis est ceteris paribus inqualitas temporum quibus describuntur inquales circuli arcus; et magis sensibilis in brevioribus.

### Corollarium III.

Tempus, quo peraguntur semivibrations penduli per arcus circuli, quoque dimidia parum deflectunt a subteniis chordis, est phisice equalis illi tempori, quo illi pendulus verticalis descendet per spatium duplum viæ longitudinis

Seu per diâmetrum circuli, cujus arcum describit  
oscillando.

196. Ratio ē. Eēenīz eo ipso tempore, quo corpus grave descendit per verticalem diâmetrum circuli; descendit etiā per quamlibet circuli chordas, quae derivant ad infinitum punctū ipsius diâmetri. Et tempore phisice equali illi, quo descendit per ejusmodi chordas, descendit quoque per arcus, quibus chordae ipsae subtenduntur; si ab istis rectitudinē illi parē deficiant. Ideo integrā penduli vibratio fit in arcibus circuli, vi eorum dimidia in multis deflectant a suis chordis tempore illis duplo, quo descendere per verticalem diâmetrum ejusdem circuli.

### Corollarium IV.

Quo pendulum ē. minus grave, eo tardiores sunt illius vibrationes per circuli arcus; et contrariae eo velocioris, quo illud ē. gravius.

197. Ratio est: nam ex dicendis sequenti, corpus, quo levius ē. eo tardius, et quo gravius, eo velocius descendit per verticalem circuli diâmetrum. Idcirco etiā eo velocius descendit per circuli arcus, in quo fit oscillatio penduli; et quia pendulo describit tempore phisice equali illi tempori, quo percurruerunt ipsa verticale circuli diâmetra, ut dictu fuit num. ant.

### § Lxx V.

Corpus grave descendit equali tempore per arcus, licet inquales ejusdem semicycloidis.

198. Prob. Spatia iniquales arcus semicycloidis equali tempore percurruuntur a corpore gravi, ut celeritates sint directe inter se, ut spatia ipsa percurrienda, d. celeritater, seu vires acceleratrices, quibus corpus grave descendit per iniquales arcus semicycloidis, sunt directe inter se sicut ipsi arcus; q. Prob. min. Vis acceleratrix ē per unum arcus ad vim acceleratrixem factam suam tangentem

vicut ē. vir acceleratio per alięzys arcę ad vim acceleratricę  
per rug tangentę, q̄ ē. in utraq. equalis; Exo 8. Quare maxi-  
mo semicyclois appellatur curva brachystochrona, et oligostochro-  
na, hoc ē. brachistimē et paucissimi temporis.

## S. VI.

Penduli vibrationes per inęquales arcus ejusdem  
cycloidis sunt ad invicem isochrona.

199. Prob. Justa dicta num. ant. corpus equali tempore descen-  
dit per inęquales arcus semicycloidis, p. celeritate acquisita  
in descensu, etiā ascendit equali tempore per respondentes  
reliquo semicycloidis arcus, quibus vibrationes complentur;  
consequētq. cum utraq. semi-vibratio tam longior, quam  
brebior equali tempore perficiatur, etiā integrae vibrationes  
per integrorum inęquales arcus fieri equali tempore, seu exunt  
ad invicem isochrona.

¶ Itaq. eoz. penduli oscillationes per  
omnes ejusdem cycloidis arcus, utcumq. inęquales sint esa-  
tissimē isochrone, merito cycloidis appellatur curva tauto-  
chroa, seu ejusdem temporis; nam curva tautochroa  
illa dicitur à Philosophis, per q̄us corpus praece ita deon-  
sus descendit; ut per omnes ejus arcus, quonodocumq. inęqua-  
les eodem omnino tempore descendat. Vnde cycloidis n. volum  
d. curva brachystochrona, seu oligostochrona, d. etiā tauto-  
chroa.

## S. III.

¶ De ascensu gravium: ubi de motu projectorum,  
I. Ballistica, seu scientia Jaculatrice.



200. Sicut motus naturalis gravis descendens continuus, et equalis  
accelerationis; ita opposita ratione, vi gravis rursus, projectantur, eorum  
motus in ascensu continuus, et equaliter retardatus. Dum enim corpus  
rursum projectum ascendit őllius praeceas continuo quantitate potest  
remittere ascensui, atq. hic seniri ex diametro opere vi rursum

impellenti. Itaq<sup>e</sup> cum vis gravitatis in corpus suum delatus a vi projiciente intineranter reoperat illud decursus usq<sup>e</sup> uscendo, aliquia portione vis projicientis continue destruetur a vi reagente gravitatis; quia vires ex diametro opone, prout equeales esse mutuo destruunt. Vnde equeales temporibus portio equealis vis projicientis semper destruenda est a seniis vis gravitatis; nam eodem manente corpore ejusmodi gravitatis seniis a quibus vis projiciens successivè destruitur sunt singulis equeibus temporibus invicem equeales. Singulis equeibus temporibus destruta equeali portione vis projicienti, sequitur, q<sup>d</sup>. singulis equeibus temporibus, q<sup>d</sup> equeali celeritas admenda est corpori rursus projecto. Ea enī ratione, qua eadē manente massa, decrescit vis moti corporis, et q<sup>d</sup> decrescit illius celeritas; p<sup>o</sup> in corpore suus projecto equalit<sup>r</sup> immittitur velocitas ascensu; atq<sup>e</sup> ideo illius motus continuè, et equalit<sup>r</sup> retardatur. 20. Hęc squalitas tandem exactissime custoditur in medio resistente, ut dicty fuit de naturali gravitatem descensu equalit<sup>r</sup> accelerato tamē phisice, et quo ad venient<sup>r</sup> equealis retardatio ascensu observatur etq<sup>d</sup> in aere, si corpus, rursus projectus fuerit ex gravioribus, nemp̄, q<sup>d</sup> sit specificè gravitas aqua habeatq<sup>e</sup> ejus pondus ad pondus aëris ex ratione, quæ ē valēt 1000, ad 1. Ex quibus omnibus hęc duo consecaria resultant.

## Consectarium I.

Spatia peragata a corpore suum projecto crescunt in ratione duplicitate tam temporis, quæ celeritatis, quibus illa permeantur; ipsaq<sup>e</sup> tempora, et celeritates immittuntur in ratione subduplicata spatiorum percursionis.

20. Ratio ē clara: nam sicut ex equeali acceleratione descensus necessario consequitur, spatia percusa a corpore descendente augeri in ratione duplicitata tam temporis; quæ celeritatis, quibus illa percurruuntur; et vice versa sum tempora, tam celeritates caescere in ratione subduplicata spatiorum; ita ex equeali accensu retardatione, necessario sequitur; q<sup>d</sup> spatia peragata ab V.g. vi tempora, quibus corpus praeceps rursus ascendit, computata wq<sup>e</sup> ad finem ascensus, constituant proportiones decrescentes numeros naturalium 9.8.7.6.5.4.3. V.g. spatia percusa in illis temporibus a corpore as-

cendente, exhibebunt progressus numerosus quadratorum 81. 64. 49. 89.  
36. 25. 16. 9. 4. 1. scilicet diviso loco tempore ascensus in novem minima tempuscula equalia, si solis novem tempusculis, corpus ascendendo percurrit 81. pedes; reliquis octo tempusculis post primum percurrit 64. pedes; septem residuis tempusculis 49. pedes; vix inde adhuc restantibus 36. pedes; quinque subsequenteribus 25. pedes; alis quatuor succedentibus; 16. pedes; tribus aliis 9. pedes; duobus aliis, 4. pedes; ac deniq<sup>e</sup> ultimo tempusculo 1. pedem; s<sup>t</sup>. 85<sup>a</sup>.

## Consecrarium II.

Spatia percussa à corpore ascidente singularibus equalibus tempusculis decrescent juxta progressionem arithmeticam numerorum imparium, cuius postremus terminus unitas sit.

203 Ratio etiam ē. clara: nam sicut data serie arithmeticā numerorum imparium ab unitate incipiente ex mutua, successiva, et immediata illorum additione omnes resultant numerū quadrati, ut docet Doct: ita ex successiva, continua subtractione numeri quadrati minoris ab immediate majori consurgit series arithmeticā decrescentis numerorum imparium ad unitatem resinxens. Est enim: 81, 64, 49, 36, 25, 16, 9, 4, 1; s<sup>t</sup>. 85<sup>a</sup>. Atq<sup>e</sup> 17, 15, 13, 11, 9, 7, 5, 3, 1, constituant decrescentem progressionem arithmeticā numerorum imparium devenientem ad unitatem; ut hanc apparet. Itaq<sup>e</sup>, hincito, q<sup>d</sup>. corpus suum projectum ascendaat usq<sup>e</sup> ad 81 pedes, divisq<sup>e</sup> ut num<sup>r</sup> antecedenti totō tempore ascensus in novem equalia tempuscula, primo tempusculo ascensus conficiet 17 pedes; secundo 15; tertio 13; quarto 11; quinto 9; sexto 7; septimo 5; octavo 3; ac denum nono 1 pedem; totog<sup>e</sup> simul tempore 81.

204 Quibus premissis difficile n<sup>r</sup>. exit remittam decernere, per quod corpus projectum incedere debet, simulq<sup>e</sup> statuere illa

principia scientie Ballisticae, seu Jaculatoriae; itaq; gravia, sive horizontalitez, sive obliquè sursum, ad eorum projecta lineam curvam describere, etiam Doct<sup>2</sup>. Subt. assert. Etenim l. 2<sup>o</sup> Phys. q. 12. ait: "Possibile est. q; fiat motus sursum, et postea deorsum sine reflexione, ut si fiat motus per lineam curvam, ut patet deinde, motu sagittæ per aerem." Sed Galileus fuit omnis primus, qui invenit, ac demonstravit naturam illius curvæ, quæ corpora projecta suo motu describunt; nempe esse curvæ parabolæ.

205. Linea directionis corporis projecti, seu ut dicunt linea jactationis ē. recta iuxta quæ corpus in projectione dirigitur; ut v.g. si corpus jactatum secundum rectam A M. l. A E fig. 10<sup>a</sup> tab. 1<sup>a</sup> ipsa A M. l. A E erit linea jactationis. Jactatio vero potest esse aut verticalis, aut horizontalis, aut obliqua, prout directionis linea erit horizonti, l. perpendicularis, l. parallela, l. inclinata; itaque jactatio obliqua potest ē. l. obliqua sursum, l. obliqua deorsum. Jactatio ē. obliqua sursum, cum linea directionis in fratre ad sui initium cum recta verticali angulus obtusus constituit. Contra autem ē. obliqua deorsum, cum ille idem angulus ē. acutus. Jactatio vero ē. horizontalis, si linea directionis cujus verticali angulus rectus esset. Verticalis vero si linea directionis cujus verticali nullus esset angulum, seu cujus verticali ipsa confunditur. Ita jactatio iuxta directionem R A ē. verticalis, quia cum recta verticali nullus fit angulus, d. directionis linea cujus verticali ipsa coincidit. Jactatio iuxta directionem A D ē. horizontalis, quia angulus D A R ē. rectus; secundum directionem A E ē. obliqua deorsum, quia angulus E A R ē. acutus; et secundum directionem A M ē. obliqua sursum, quia angulus M A R ē. obtusus.

206. Cum jactatio ē. obliqua, linea directionis cujus horizontali semper efficit angulum, qui vocatur angulus elevationis in jactatione obliqua sursum; et angulus depressionis in jactatione obliqua deorsum. Itaq; angulus elevationis corporis projecti; ē. ille quem linea directionis ad initium projectionis

91

constituit cum recta horizontali supra ipsius horizontalis; ut  
sq. si in dicta figura corpus rurum projectatur juxta directionem A M, posita horizontali A D, angulus M A D est. angu-  
lus elevationis. Angulus vero depressionis est ille, quem linea  
projectionis patitur ad initium projectionis efficit cum recta  
horizontali, est infra ipsius; ut v.g. si projectatur corpus de-  
sum secundum directionem A E, eadem posita horizontali A D,  
angulus E A D est. angulus depressionis. His notatis sit

## Sexto I.

Grave suum verticalitatem projectum, tam  
ascendendo, tam recidendo rectam verticalem  
describit.

Q. 207. Ratio est clara; nam sicut projectio superponitur verti-  
calis, etiam ascendens corporis projecti exit verticalis. Similiter  
verticalis debet recidere, quia cum in descensu sola gravitas  
agit, hujus directio est semper secundum rectam verticalem; q.  
Prosternere. si ex mortario bellico verticalitatem constituta, glo-  
bus ferreus exanguillo aere extrahatur, ille ita ascen-  
det, ut recidendo relabatur in onustum ipsum mortarium;  
scilicet, postquam extractus globus A <sup>ex</sup> onustum fig. 11. tab.  
fa. ascendens per verticalis A B, iterum recidet per eam-  
dem rectas B. A, in ipso onusto D, cum nulla sit ratio  
cum illa eadem recta, sive ascendendo, sive descendendo, de-  
clinare debeat.

## Sexto II.

Grave projectum tam horizontalitatem, quam obli-  
quam, sive deorsum, sive sursum, semitam par-  
abolicam describit.

### Scholion.

S. projectatus grave iuxta directionem horizontalis A D. fig. 12. tab. 1.

describet semi-parabolę A F H N; si juxta directionē obliquę deorsum A E, fig. 10. remi-parabolę A T V N; si vero supra directionē obliquę ruror A M, describit integrę parabolę A B C D, nempe: similiq; A B E F in ascensu, et reliquę similiq; F C D in descensu.

208. Prob. Erave tam horizontalit, quę obliquę deorsum projectiū ita ungetur duplii vi projectionis, et gravitatis; ut seclusa mensura resistentia, vi projectionis, sollicitetur ad motus equalis; vi autem gravitatis ad motus equalit acceleratę juxta sexiem arithmeticas numeraciones impariis ab unitate incepiente; à corpore, quod duplii habeat vi sollicitatus ad motus, describit curvam parabolicam, ut constat ex constructione ipso parabolę; q.

### Vii projectus corporis

describat curvam rigide parabolica, suponitur, nullus ēē. medii resistentiam. Nam si projectio fiat in medio resistente, vis tam gravitatis, quę projectionis ab eo continua retunditur; idcirco projectile, neq; ad motus equalis à vi projectionis sollicitatur, neq; ad descensum exacte equalit acceleratę à vi gravitatis, ut opus ē. ut remita ab ipso descripta, sit rigide parabolica. Nichilominus si projectile fuerit specificè gravius à qua, nec projiciatur ad distantias multum enormem, q; tum phisice, et quoad sensum sit in ipso quoq; aere equalit acceleratio illius descensus; etiā pari ratione spectari potest vellut phisice equalis, motus à vi projectionis illi impressus. Adeq; uixaq; superioritate equalitate hujus motus, similiter tum parabolica erit phisice, et quo ad sensum remita ab ipso projectiū descripta.

### Quæstio incidentis.

Iua ratione, ac lege fiunt motus projectorum, si ipsa projectentur ab homine, vel Machina una simul cum Navi, aut curru delatis motu quomodo-

} libet celeri?

209. Hanc questionem aliqui pertractant: sub titulo: de motu impreso

à motore translato. Ad cuius intelligentia notandum est quod dum corpus cui alia corpora adhaerent, sive ab eo suscentantur, de loco in locum transferuntur, omnia simul moveantur, cum illo motu communis ac præterea singula ipsa corpora variis peculiariis, ac propriis motibus moveri possint, ac si motu illi communis nequaquam movearentur; sed omnino quiescerent. Quibus adm̄ad-  
verzis, sit

## Conclusio Unica.

Si corpus, cui vis projectans invictum transferatur; omnes motus projectileum ab ea proficisciens, oculo equali celeritate delato, fieri apparent, ac si corpus illud omnino quiesceret.

I Hanc conclusionem, quæ multum intereat, ac sustinendis ratione tellius motu, primus omnibus statuit Celestinus Galilieus. Id olim paradoxum multis videbatur; ceterum sequenti tempore id minimo vexum esse ipsa ratio, experimentaque repetita Philosophorum docent.

Prob. 1º actione: juxta quamlibet directiones corpora projectantur ab homine, sive machina existente; ut in Navi relatato motu utcumque celeri, ex quo motus fieri apparent debent in Navi ipsa existentibus; ac si eadem Navi omnino quiesceret; q̄d Prob. ante. Omnis motus, qui corpori imprimitur astante in Navi utcumque velociter acta est compositus ex motu communis simul corpori moto, et oculo videntis, dicendi non potest, juxta Doctorem; q̄d Prob. min. Doc⁹ in lib. 3º Phil. q. 2º inter alias rationes, quas assignat, cuius motus non percipitur; hec dicit: "Contigit enim propter hoc, qđ oculus simul moveatur cum illo, ut ḡ moveatur, et ideo existens in navi non percipit navim move-," xep; Is ipsus observat in eodem loco de motu, et corporis ab oculo separati, et longe divisi, nummodi ad eamdem partem equali celeritate simul moveantur; ait enim: "Iudicatus aliquid qui-

34. Vixit, qd tamen movetur, et qd videns, et visum consimili motu,,  
moveantur, vq. sistenti in navi apparet alia navis motus  
equali celeritate quiescere.;; Exqo perinde e relative ad oculum  
in navi existentem, ac si motus communis, qui perseverat in  
corpore eius illa projecto, minimè adseret. Ex quibus ostensis, sin-  
gulorum casuum assignatur ratio.

## Casus I.

Globus à summitate Mali libere dimisus, videat  
debet stantiibus in Navi parallelis ipsi Molo ad eum pe-  
dem desidere. ]

241 Ratio est. Nam cum Globus similius manu existente in navi,  
illi jam ē. impressus horizontalis motus navi, quo eadem celeritate  
antecedunt flexus, ac navis ipsa sub inde flexata; q. Interea dum  
Globus ob suam gravitatem descendit, semper custodire debet eam  
dem distantiam à molo navi, quia eadem ē. celeritas sive Globi,  
sive mali iuxta directionem horizontalem. Quare licet tunc Glo-  
bus videatur existenti in navi percutuisse descendit recte vexti-  
calem, tamen ex ipso describit curvam parabolicam, seu semipa-  
rabolicam procedentem à motu à navi impresso, et à motu equali  
accelerato gravitatis, ut existentibus in navi conspicitur ē.

## Casus II.

Si quis existens in Navi equaliter mota, manu pro-  
jicit Globum sursum ad perpendicularum ille in  
manum relabitur.

242. Ratio ē. Nam motus horizontalis communis rebus omnibus in  
Navi existentibus, etiam ē. in ipso Globi; ideo dum viro sursum  
projicietur integrum describit parabolam; nempe semiparabolam  
ascendendo ob motum sursum à gravitate equaliter retardati  
ac aliq. semiparabolam descendendo ob ejusdem gravitatis motum  
equaliter acceleratum.

¶ Si Globus projectus ex Navi mota antea-  
rum ad proximam, motus Globi, que jis habebat communis cujus Navi

35.

conspicit cum motu in projectione sibi impresso; idcirco Globus  
tantum percurixeret spatiis, quantum utriusq. motui compliciti  
respondet. Si autem contra idem Globus retrorum projectatur  
ad proprie, illius motus communis cum Navi, quo Navis cum  
rebus omnibus in ea existentibus anteriori usque, ex diametro  
ponitur motus, qui ipsi Globo imprimitur in projectione; idcirco  
bini isti motus prout squales, se mutuo perimere debent.  
Si tandem Navi velata motu utrumq. celeri, ex ipso Globus  
projectatus directe ad alterutrum ejus latum, Globus adhuc  
decidet in regione projectant, ac si Navis ipsa quiesceret:  
Hoc tantum proximum, quo quiescente Navi Globus projec-  
tus describeret semiparabolam, præbitionem applicatam lateri Na-  
vis ad angulos squales; Navi autem mota, semiparabolam quoq-  
ue longioram inclinatam ad proximam.

213. Prob. 2<sup>o</sup> experimentis, que a Claz. viis fuerunt ins-  
tituta. Petrus Gavendus, ut ipse exhibet Epist. I<sup>a</sup> de motu  
impresso a motore translato, num. V<sup>o</sup> referens quoddam iter  
suum q<sup>uod</sup> cum nobile, ac exudito comitatu Maricium versus  
succederat, narrat se recensuisse obiter tum obseruata pro-  
pria, tum quo Galilieus concessit adstruendo illi theoremati:  
Si corpus, cui insistimus transferatur, omnes nostros motus,  
reversumq. a nobis mobilium, eodem modo fieri, et parere, ac  
si illud quiesceret; Pater Gavendum in eadem rem expeximta  
fecerunt Academicci Florentini, et Doctri. Pater Lana. Quibus  
negliè eracte ac Gavendo res eo voto successerit; nihilomi-  
nis etiq. eorum expeximta propositum Galilieo theorema confir-  
mant, ac roborant.

### Articulus III.

De motu corporum per Machinas ubi de

Mechanica.

Machinarum uirū institutus est tum ad sustinenda, tum ad mo-  
venda pondera, tum ad corpora scindenda, comprimenda, aut alio  
quobj<sup>us</sup> modo immundanda. Quare pene omnia instrumenta artium

96. mechanicarū ad aliquod machīnū genus referuntur. Genera autē machīnarū quinque recensentur apud Vetus mechanicos, ipsorum. sicut. scilicet: Vectis, Axiis in pēnitrochio, Frochis, Cuneis, Cochlea, quibus adiuntur planis inclinati, et rotae dentatae. De singulis autem in separatis paragrafis trahit agam, supponendo tanquam generale Mechanice principium, qd. tum potentia, et resistentia manent in equilibrio, cum eorum vires Mechanicas sunt invicem egales; cum vero Mechanica vis potentis ē. majora vi Mechanica resistenter, potentia resistenter praevalat. Unde sit

S. I.  
De Vecte.

214. 1<sup>a</sup> et simplicissima omniū machīnarū ē. Vectis. Vectis autē ē. palis, lignis, l. ferreis ad sustentanda, volutanda, ac elevanda pondera accommodatus. Ad intelligendum, qua ratio iubet Vectis potentiam, tria puncta in eo distinguenda sunt; nempe: punctum potentis, punctum ponderis, et punctum fulcri. Punctum potentis ē. illa pars vectis, cui potentia applicatur; punctus ponderis, illud cui applicatur pondus, l. sustinendum, l. quoq; modo promovendum; punctum vero fulcri ē. illud vectis punctum, qd. fulcro eiusq; immobili innititur. Punctum fulcri vocatur etiā punctum pressionis, et sustentacionis. Ideo fulcrum, et etiā vectis vocatur sustentaculus.

215. Pro triplici ordine iuxta quae invicem constitui possunt in vecte puncta potentis, ponderis, et fulcri, distinguuntur vectis triplicis generis. Appellatur Vectis primi generis si unū extremo vectis applicetur potentia, et alteri pondus; aliud vero medium punctum vectis fulcro innitat. Hujusmodi est vectis BA, fig. 1<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup> ubi potentia ē. in A, pondus in B, et fulcrum in C. In hoc vecte tota vis tam potentis, qd. resistenter, seu ponderis exercitia adversus fulcrum; qd. ideo satis firmus et durus debet esse ut utramq; vim sustinere valeat. In eadem vecte punctum A, cui applicatur potentia, deprimitur; et

punctum B, q. supnitux ponderi, elevatus, puncto C, quod fulcro innititur, immoto manente.

246. In vecte primi generis, quo longior ē. vector, seu quo major ē. distantia potentis à fulcro, et quo minor ē. distantia ponderis ab eodem fulcro, eo minor sufficit potentia ad idem pondus sustinendum, aut promovendum. Ita vector ē. rectus, & etiam potest ē. inflexus, ut vector F, G. H. fig. a 2<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup> cuius inflexionis punctum G habet rationem fulci. Ut enim eadem ē. vii, ut consideranti patet.

247. Ad vectem primi generis referuntur libra, et statera, quae Machina ad statim, seu scientiam ponderativam pertinent. Jugum, sive libra, sive statera habet rationem vectoris, cuius fulcrum ē. in axicula, quo suspenditur, sive libra, sive statera, et circa quem ipsorum brachia sunt hinc inde mobilia, pondera vero, quae ex utraq. parte appenduntur, habent mutuam rationem, tam potentis, quam resistentis Libra, quia eius brachia sunt equalia, et à fulcro aperta pondera sive distare, nec auget potentiam, nec minuit resistentiam; ideo ut pondera manent in equilibrium, debent ē. mutuo equalia sim autem maior, prevalet minori. In statera autem cum unu brachium, cui apertum ē. equipondio, et habet rationem potentis, sit notabilitas longius; et alteru, cui apertitus corpus ponderandum, sit longe brevius: equipondii vis eo magis augetur, quo ipsum magis retrahitur à fulcro; ideo maior pondus elevat, quo magis retrahitur, versus extrellum longioris brachii, et ita exerit semper illius celeritas, ut si moveretur, semper describeret arcum eo maiorem.

**I**Hec major vis, quae accedit equipondio pro majori distantia à fulcro vocatur à Doct. Sub. ; Gravitas accidentalis, ex situ acquisita, et gravitas secundu situm. Nam in A. Phys. q. H. zedens rationes cuius in statera iniqualia pondera mutuo equi-

98. libentur, ita habet: "Licit gravitas essentialis maneat ibi pugna, alia, tamen ibi acquiritur gravitas accidentalis ex situ, et ista gravitas accidentalis vocatur gravitas secundum situm ut apparet in tractatu de ponderibus."

248. Vector secundi generis ille dicitur, in quo pondus elevandum sustinendum constituitur inter potentias et fulcrum, applicata potentia unius illius extremo, et in altero fulcri puncto existente, quod plane immobile innititur. Hujus generis est vector s. Morphi. 3<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup> in quo est in eis potentia, pondus in N. et fulcrum in M. Ad secundi generis vectorum reducitur vis cerebri, in lignis perfundendis. Nam duo brachia manubri ipsius cerebri sunt duo vectores, atq. dum brachiorum extremitatibus manus fabricantur, ne sunt duas potentias ipsius vectoribus hinc inde applicatae, punctus vero immobile circa q. brachia revolvuntur, q. est centrum basis superioris cylindri, ex quo cerebra conflatur; e. punctus fulcri utraq. vectori communis; pondus tandem movendus e. superficie circularis summitatis ipsius ferrari cylindri, quis obvii continuatatemque cedente parte cerebri tandem reagit, quantum resistit lignis cerebri et medium locum habet inter duas potentias, et fulcrum.

249. Etiam remi, quibus naves aguntur, sunt vectes secundi generis, in quibus remorum manus sunt potentias moventes, aqua e. fulcrum cui innititur remus altero vnius extremo, et navis e. pondus promovendum. Ideo facilius movetur Navis, quae longiores sunt remi, et remigant magis distat a Scalamo. Similitus siue malus, siue tempon ipsius navis sunt vectes secundi generis: adeo ut in malo ventus velutum impelli, et uxoris sit potentia, et Ima pars Navis, cui manus adharet, sit fulcrum; in temone ibi sit potentia, ubi tempon a Proxeta circumvenitur, et fulcrum sit aqua, cui tempon immergitur; ac tandem in utraq. Navis sit pondus promovendum, aut convertendum. Et hec e. ratio cuius ingentes

Naves à parva potentia dirigitur.

220. Deniq<sup>e</sup> vectis 3<sup>o</sup> generis ille vocatur, in quo potentia medio loco statuitur inter fulcrum, et pondus; veluti vectis P. R. fig. A. tab. 2<sup>a</sup> Quia potentia elevans, & sustentans pondus, supponitur in I. fulcrum ē. in P. et pondus elevandum, aut sustinendum in R. In hoc vectis genere tardius movetur potentia, quia pondus propterea immutabilis dum agitum de pondera faciliter mouendus; ceterus vero venīnus potest ad imprimendū usq; celestes corpori movendo.

## S. II.

### De Axī in Peritrochio.

221. Axis in Peritrochio idem sonat, ac axis in corpore rotundo, seu in cylindro, & tympano. Itaq<sup>c</sup> si sit virga ferrea, seu axis A B, fig. 5<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup> q̄a cui circumpositus sit cylindrus, aut tympanus G. H. scytali C, F. E. D. instructus, quatus ope revoluto tympano circa axem, pondus P sursum trahatur, hujusmodi machina vocatur axis in peritrochio. Vis istius machine reducitur ad vectem primi generis. Nam potentia in manu trahentis applicantur successivē scytalas eximatis tibis C, D, E, F; pondus vero spectatur, ac si esset in cylindri, seu tympani superficie, circa quam revolvitur funis, quo pondus P trahitur; fulcrum ē. in ipso cylindri axe circa quem convexituntur, tum scytale, tum funis, quia à pondera tenduntur, ideo pondus medialis inter fulcrum & potentiam, sicut accidit in vecte primi generis.

## S. III.

### De Trochlea.

222. Trochlea ē. machina ex una, & pluribus rotulis circa axiculus

facile mobilibus confata, qua vulgarer Mechanici ad trahenda,  
I. elevanda pondera utuntur. Si una tantu<sup>r</sup> rotula conret, di-  
citur trochlea simplex; si plures rotule mutuo componantur, trochlea  
composita appellatur. Sie simplex nicitur trochlea A B. fig<sup>a</sup>. 6.  
tab. 2<sup>a</sup> immobilitate fixa in N, cuius orbiculo fune C, B, N, A,  
D. circumducto, eisq<sup>c</sup> alligato pondere D, potentia C tractione fu-  
nir elevat ipsum pondus D. Trochlea vero fig<sup>a</sup>. 7.<sup>a</sup> tab. 2.<sup>a</sup> E. F.  
G. H, quia duabus componitur rotulis ē. composita. Trochlea sim-  
plex vim potentie n<sup>r</sup> auget cum in illius usu eadem sit celeri-  
tas, tam pondex, quam potentia. In composita vero ex dua-  
bus rotulis, celeritas potentie habet rationem duplam: idcirco  
illius opere potentia sustinere valer pondus, cuius vis absoluta  
dupla sit aboluta vis ipsius potentie.

## S. IV.

### De Rotis dentatis.

I<sup>o</sup> Machina, quæ ex rotis dentatis compingitur, vocatur à Me-  
chanicis Pangratijs. I. Glossocomum, Pangratum, quasi rei ro-  
busta, ac multum valida, summiq<sup>e</sup> connatta. Glossocomum  
aut<sup>r</sup> velut quidpiq<sup>e</sup> linguis, et dentibus instrutum: nam p<sup>r</sup>ecē  
ē. lingua, et dens molans reliquorum dentium validissimus.  
Hic celeritas potentie augetur supra celeritatem ponderis pro  
ratione numeri dentium rotæ, cui appenditum pondus, ad numerum  
dentium alterius rotæ, cui potentia applicatur; ut in horologis  
aperet.

II De plane inclinato, jam dictum ē. in S. II. Tujus dispe-  
num. 185. ubi de impedito gravij descensu actum fuit. Quare  
repete ibi dicta.

## S. V.

De Cochlea.

224. Si in Cylindri superficie canaliculus spiralis sibi ipsi jugis-  
ter parallelus circum excavetur, cylindrus in spiras ita runcatus  
cochlea appellatur. Tali est cylindrus A.B. fig. 8. tab. 2.  
Hoc Machina usu venire potest, etiam ad elevanda, trahenda,  
l. removenda pondera, d. frequentior est illius usus, cum corpora  
sunt firmiter coactanda, et immobilitate continenda, et violenta  
operatione opus est. Ideo apud fabros corpora, aut secunda, aut  
lima expolianda communiter cochlea firmantur, et cochles usi  
continuum est in praelatis typographicis, vinariis, oleariis, aliisq.  
similibus. Corpus c. D. l. aliud simile, quavis fig. oblonga extenuis  
conformatum, d. intus convolutum in eavas spiras, quae concurvant  
prominentibus spicis cochles, vocatur cochlea feminina. Huic cochlea  
cylindra inseritur, ut pluraibus usibus idonea redatur. Ratio cur  
tanta sit cochles vii, desumitur ex eodem principio, arg. in  
alii machinis; nempe, quia in illius usu longe majori velocitate  
moveatur potentia, quae pondus elevandus, l. corpus attansus, l. compre-  
mendum.

## S. VI.

De Cuneo.

225. Cuneus est durum corpus triangulare, q. latum ad basim,  
et in acutem desiner, usu venire potest ad dividenda, et scinden-  
da corpora; talis est Cuneus A.C. fig. 9. tab. 2. Facilius, qua ope  
cunei corpora dividuntur, ac dividuntur, derivatus ex generali  
Mechanicae principio, nempe: ex illo q. ipsius subilio potentia  
celerius moveretur, quia a se invicem recedant partes corporis, quod  
scinduntur, aut dividuntur; d. in Cuneo xite elaborato ejus al-  
titudo semper major esse debet latitudine ipsius basis. Propterea

quo cotteris partibus angustior ē. Cunei basi, majorq; illius al-  
titudo, seu acutior cunei angulus, eo minor, potentia sufficit ad  
corpus ridendum; qui tum magis augetur potentia celestis, et  
facilius partes corporis dividendi à se mutuo recedunt. Contra  
vero, si altitudo Cunei fuerit equalis, l. minor ipsius basi,  
Cuneus idoneus n̄ exit ad iuvanda potentia. Ideo docent Mechan-  
ici; q̄ si Cunei acies continetur angulo 60 graduum, Cuneus  
ipse ineptus jam exit.

¶ Cum de Machinarij rū agitur, ante oculos  
semper habendum ē. q̄ docet D̄ S. in lib. 4º Phis. q̄ II. et dictum fuit  
num. 113. et in ejus II nemp̄; p̄ parte resistentia debere nu-  
merari omne illud, q̄ impedit motum; quare cum atritus par-  
tium corporis, q̄ super aliud movetur, ejus motui impedim̄. sit,  
illud retardat; atritus ille ex parte resistentia vincenda com-  
putandus est. Vnde curiosus ē. ut Machine sint exacte elab-  
oratae, facile mobiles, et leves; ac si opus fuerit pinguedine  
oleo, et progressim sapone liniantur; tantum, quantum suf-  
ciat ad superandum partis atritum.

#### ARTICULUS IV.

### De fluidorum motu, ubi de Hydrostatica, et Hydraulica.

226. Siue corpus solidum, seu firmum vocatus, q̄ actu fluisse n̄  
ē. et cuius particulis n̄ nisi vi aliqua à propria gravitate diversa  
à se mutuo disociantur, et etiam propriis figura tueri nitun-  
tur in mari, etiā valde magnis; ita corpus fluidum dicitur  
illus, cuius partes sunt fluxiles, seu quis quilibet levi impres-  
ioni faciliter cedunt, atq; à se invicem ob column nativum  
pondus faciliter disociantur; ut sunt aqua, vinum, oleum &c.

De fluidorum natura modo non inquinatur, sed tantum nunc  
in tribus paragrapfiis agitux 1<sup>o</sup> de fluidorum pressione, et equi-  
librio; 2<sup>o</sup> de actione fluidorum in solida illis immersa, et 3<sup>o</sup>  
de fluidorum fluxu.

### §. I.

## De fluidorum pressione, et equilibrio.

227. Fluidorum pressio, et squilibrii à Philosophiis maxime considera-  
xi solent in vasis, et tubis. Vasa autem esse possunt, 1. uniformia,  
1. diformia. Vasa uniforme dicitur cuius omnes sectiones eius fun-  
do parallela, sunt figura similes, et magnitudine eae; ut  
vas cylindri **E F C D** fig. 10 tab. 2<sup>a</sup>. Diforme vero est cuius  
sectiones fundo parallelae sunt mutuo inequali, aut figura  
disimiles. Vasa diforme adhuc dividitur in uniformia diforme, et  
diformia diforme. Uniformia diforme est cuius sectiones fundo  
parallelae, licet ab ipso fundo recedendo fiant suceſſive arctio-  
res, aut ampliores, sunt tamen figura similes: ut sunt vasa  
qui habent figuram truncatae pyramidis. Diformia diforme  
est illud, cuius sectiones illius fundo parallelae, 1. sunt figura  
disimiles, ut nunc circulares, nunc triangulares, &c. 1. si-  
figura similes sunt in magnitudine inequali; ut sunt  
vasa omnia nullius peculiaris figurae.

228. Vasa uniformia diforme aliud est convergens, aliudque  
divergens, Convergens est cuius amplitudo ascendendo a fun-  
do ad oriftium continuè minuit. Ita est vasa **A B C D**  
fig. 10. tab. 2<sup>a</sup>. Divergens contra vocatur illud cuius am-  
plitudo ascendendo a fundo ad oriftium continuè augetur;  
ut vasa **M N D C** fig. 11. tab. 2<sup>a</sup>.

229. Nominis tubi intelligitur fistula, cuiuslibet diametri,  
et cuiusquaque materia ad liquoros continendor idonea. Tubo

104

tamen quibus Philosophi utuntur ad experimenta sunt communis vitrei. Tubi esse possunt, 1. solitarii, 1. communicantes. Tubum solitarius vocatus, quilibet Tubus rectilineus; communicantes vero, sunt plures Tubi non indirecti copulati sed ut eorum liqua ex uno in alterius libere transire possit; 1. si unicus fuerit tubus, tamen recutior, seu inflatus sit, quia tunc duo illius brachia perinde se habent, ac si essent duo Tubi conjuncti. Etiam Tubi sunt, 1. grandioris, 1. mediocris, 1. minimae diametri. Si magni sunt capacitatis, ut illi quibus uti solet in aqueductis, dicuntur canales, et Tubi absg<sup>e</sup> addito. Si mediocres sint latitudinis, ut vg. unus, 1. alterius pollicis, appellantur Tubi Fornicellarii, quia his omniis primus unus est. Fornicellius Galilei discipulus ad sua experim.<sup>ta</sup>. Si vero Tubi fuerint minime diametri, ita ut interna cavitas non excedat lenticele magnitudine, tubi capillares vocantur, hoc est. exigui instar capillorum.

230. In omnibus Tubis invicem communicantibus fluida hinc inde existentia, quilibet eorum mutuo revantur; usque eorum neutrorum alteri preualeat, et neutrum cogit amplius alterum altius ascendere; usque ideo mutua eorum positiones invicem coequantur; fluida vero in eius Tubis comunicantibus dicuntur ad libella constituta, usque recta, que transiret per supremam superficiem utriusq<sup>e</sup> liquoris est. eius horizontali plano parallela; seu cum eadem est. in utroq<sup>e</sup> tubo liquoris altitudo. Fluida, que ejusmodi sunt densitatis, ut duae positiones aquae, aut aeris dicuntur homogeneae que, vero diversaque habent densitatem, ut aqua, et mercurius dicuntur, ethereogenae. Quibus prælibatis sit

### Conclusio I.

Fluida homogenea in Tubis communicantibus

105

tanto equilibrantur, quanto fuerint ad libellam constituta; quecumq<sup>e</sup> fuerit tuborum figura, eorumq<sup>e</sup> positio, et inclinatio.

331. Prob. 1<sup>o</sup>. ex his, quæ experientia in clausi canalibus aqueductus Nam in illis portug<sup>a</sup> descendit aqua, itenq<sup>a</sup> ascendit, donec ad libellam constitutam cum initio aqueductus, seu fontis origine; cum autem in altitudin<sup>e</sup> pervenerit, si nullus sit exitus, n<sup>i</sup> amplius aqua ascendit, quia ejus equilibrium jam secundum ē; q.  
2<sup>o</sup>. Ex vulgar<sup>i</sup>, et quotidiana observatione, nam constat, q<sup>o</sup> in tubis communicantibus superficies fluidorum nunquam consistit in eadem recta horizontali, nisi cu<sup>m</sup> superficies ipsorum quietent, q. hoc n<sup>i</sup> eveniret si fluida n<sup>i</sup> fuerint equilibrata; q. Quod omnne verum ē. de tubis communicantibus cuiuscumq<sup>e</sup> fuerint figura, et quomodo cumq<sup>e</sup> locati<sup>r</sup> fuerint. Nempe sive ut exq. Tubi<sup>r</sup> fuerit uniformis, ut ABC fig. 12<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup>. Sive unus uniformis alter convergens; aut divergens; sive unus convergens, et alter divergens; ut P. H. L. fig. 13<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup>. Sive unus perpendicularis, alterq. obliquus ad horizontem, ut apparet in fig. 2<sup>a</sup> tab. 2<sup>a</sup> ABC. Nam in quibuscumq<sup>e</sup> caribus, cum liquores homogenei, seu ejusdem gravitatis specificè ad libellam constituti fuerint, l. in A et C, l. in P, et L; semper liquores in superiori superficie quietant, seu mutuum revant equilibrium; q.

Dicunt: 1<sup>o</sup>. Si accipientur duo tubi communicantes unequalis diametri, et angustioris onus datum oculatur, interim per latiorum aqua infundatur; vobato postea d<sup>igitu</sup>o altius ascendit aqua in tubo angustiori, quam in latiori, ut refert Magiottus; q. Tubi communicantes cuiuscumq<sup>e</sup> fuerint figura, n<sup>i</sup> equilibrantur. 2<sup>o</sup>. Major ē. quantitas liquoris in tubo latiori, quæ in an-

questionē, q̄d nō stabunt in equilibrio; sicut equilibrii amitterent si imponebatur bilanci tubi separati.

*Resp. ad 1<sup>m</sup>. Ceterid  
ita fieri, d. accidit ob velocitatē ab aqua acquiritē tempore  
descensus in latitudine tubo; d. hac extinta luxus descen-  
dit aqua in tubo actioni ad libellū cui aqua tubi latitudis  
ut docet experientia.*

*Resp. ad 2<sup>um</sup>. Tubo cum dicitur, aqua in  
latitudine tubo contentam equilibrii facere cui aqua tubi angua-  
tioris, n. ē. intelligendum, q̄ fluidū amplioris tubi tota sua  
gravitate applicetur fluido alterius tubi; tunc ab dubio sol-  
lenetur equilibrium, sicut accidit in bilance cum inqua-  
libus ponderibus. Sed tantum considerantur singula flu-  
di elementa agentia in singula alterius tubi, que equalia  
n. in omnibus ob egales bases, et altitudines. Deinde  
fluidum tubi angustioris habet celeritatem reciprocā  
cum massa amplioris fluidi, unde et si totū majus  
fluidum agat in aliud, adhuc stabit equilibrii.*

## Corollarium.

232. Ex hoc sequitur, q̄. etiā in tubis communicantib⁹ ip-  
sorum portiones sunt egales, quacumq; fig. a donentur,  
et quomodocumq; ad horizontem constituantur. Scili-  
cet portiones liquores homogenei existentes in tubo ver-  
ticali BA fig. 12<sup>a</sup> tab. a 2<sup>a</sup>. Et in tubo inclinato BC  
equalit⁹ se invicem p̄sumunt, in communi vasis  
sectione BI: non enī in illis fluida mutuo equi-  
librarentur, nisi in eis equalis haberetur pressio.  
Erig sequitur, q̄. ad decernend⁹ magnitudinem pres-  
sionis fluidarū supra fundū cuiuscumque basi, spectan-  
da ē. eorum altitudo, et latitudo basi supra quā p̄sumunt,

ñ autem fluidi copia in vase contenta. Nam & qua- 101  
liv ē. utraq<sup>e</sup> pressio licet inequalis sit quantitas li-  
quorū hinc inde paničē elevata.

## Conclusio II

Fluida ethereogena tum mutum ex-  
vant equilibrium, cum eorum altitudines  
reciproce se habent, ut specificē eorum gra-  
vitates.

233. Prob. experientia. Sint vg. Tubi communicantes ABC fig. 12. tab. 2. quoniam pars infima DBE  
sit mercurio repleta usq.<sup>c</sup> ad rectq<sup>e</sup> horizontalē DE  
dipinde ex orificio C infundatur aqua. Hec sua pressio-  
ne efficit, ut mercurius deficiatur ex E versus B  
simulg<sup>e</sup> elevetur ex D versus F. cum vero tanta  
aqua copia infusa, ut ejus altitudo in Tubo BC sit ad  
altitudinem mercurij in Tubo BA, quemadmodū ē. 14  
ad 1, quis ē. ratio gravitatis specificē mercurij ad  
specificē gravitatem aqua; mercurius, et aqua hinc  
inde mutuo equilibrantur; q.

234 Ex hoc colligitur, q. fluida ethereogena se se in-  
vicem equalit<sup>e</sup> premunt in communī tuborum communican-  
tium sectione, et etiā variis fundum equalit<sup>e</sup> premunt,  
cum eorum altitudines reciproce se habent, ut specificē eorum  
gravitates: nō enī mutuo equilibrarentur, nisi eorum pres-  
siones essent invicem iales. Quod verum ē. cuiuscunq<sup>e</sup>  
figura fuerint base, et quomodo cumq<sup>e</sup> ad horizontē incli-  
nata.

Dicunt: In Barometro mercurius suspenditur tanquam  
in tubo communicante, cuius Ampulla premitur ab aëre

et eadem perseverat altitudo Mercurij suspensi, etiam in clauso cubiculo, ubi certe aer non obtinet altitudine reciproca cum gravitate specifica Mercurij;  $\frac{1}{10}$ .

Resp. In clauso cubiculo deficere quidem in aeri columnna Mercurium Barometri sustinente altitudine necessaria ad faciendum equilibrium: ceterum remanet in ipsa aliquid vices generis altitudinis, scilicet eadem compresio, vi cuius, utpote elastica, ne comprimatur, resistit Mercurio descendenti, eodem modo, ac si in apercio fieret experimentum. Quare non eodem modo loquendum est de aere vi elastica, potente, ac de ceteris liquoribus illa testitur.

235. Hec omnia verificantur in Tubis grandioribus, et in illis, qui Toxicelliani vocantur, non vero in Capillaribus. Nam in istis omnia fluida supra libellam ascendunt, et eo altius, quo angustior, et longior fuit Tuba Capillaris pro diversa fluidorum natura, licet sint homogenea cum fluido existente in vase stagnanti, s. in Tubo latiori. Nec licet ethereogena sit servatur ratio reciproca altitudinis, et gravitatis specificarum in Tubis latiori, et Capillari; sed altitudo fluidi in Tubo Capillari semper major est. quia exportullat reciproca ratio specificarum gravitatis atq. altitudinis.

236. Clas. Munkenbroekius Disert. de Tubis capillaribus cap. 3<sup>o</sup> assumto Tubo Capillari longitudinis 43 linearum, ac extiam partem linea lato, comprehendit, sequentia fluida haec ratione insurgeat supra libellam simili fluidi, cui Tuba immersa sit, videlicet:

Alcoholi vini puri ascendit in eo Tubulo supra libellam 18. 2. 12 linearum.

Oleum Therebinthini etiam 18. 1. 19 lineas.

Oleum vulgare 21 lineas.

Spiritus Nitri 20 lineas.

Oleum Vitrioli nunc 26. num 27 lineas.

Aquam vulgarem seu communem 26 lineas.

Spiritus Ammoniaci, 32. l. 33. lineas.

Et tandem Xinam hominis sani, 33, l. 34 lineas.

Etiam horum fluidorum specificæ gravitatis, teste eodem experimentissimo Vino, sunt ut sequitur.

Alcohol	866.	Vine.	1030
Olei Therebinthini	874	Spiritus salis Ammoniaci	1120
Olei vulgaris	913	Spiritus Nitri	1315
Aqua communis	1.000	Olei Vitrioli	1700

